est aial eētialiter. Non aūt sic est albedo sȝ denoiat ab albedine. Igitur sum es est. dicit rei substātiā qꝛ ꝑȝ esse nō copulat nisi ea que subaliter pdicant. Nam rea nō dicit esse nisi illa que est subaliter. alia aūt non denoiatur ab illis. ut si dicat hō albus nō est nisi pdicatio ꝑm eē sed solum ꝑm denoiationē. uel possumus dicere ꝙ cum dicit homo currit ⁊c̄. uerba significant rem nō exñtem in predicamēto substātie. sed cum dicitur homo est. cū esse de quo loquimur lȝ non sit ipa substātia rei. est tñ in predicamēto substātie. uel possumus dicere ꝙ grāmaticus loquit grosso mō. Nā ꝑm ipsum quicquid significat actionē uel passionē ⁊ accipit ꝙ sit substātiuū. ⁊ ꝙ significet subaȝ rei. ⁊ qꝛ sū eo est nō significat actionē nec passionē. ideo dicit ipsuȝ esse uerbū substantiuū. ¶ Ad 3m dicendū: ꝙ nō eodem modo colores participāt album ⁊ eētia eē. nō enim alij colores participant album ꝙ de se sint non album ⁊ postea fiant actu album. sed soluȝ participāt albū qꝛ sunt diminutū album. sed si nigredo non esset alba ⁊ postea fieret alba. ita ꝙ uerificaret nigredo est alba oporteret ꝙ albedo eēt quedam perfectio superaddita nigredini differēs realr ab ipsa. sicut ⁊ in proposito. naȝ eētia creature de se nō habet eē ⁊ postea participat eē. qꝛ actu est ꝙ eē non posset: nisi eē esset quedam perfectio ipsius essentie ita ꝙ creature ⁊ participant primū ens ⁊ participant eē per qō existit. sed participāt primū ens inquātuȝ est quoddā ens diminutū. propter qō est ibi quedā similitudo inter subas alias ⁊ substantiā primā. sicut iter colores alios ⁊ colorem albuȝ. vnde ⁊ in 9o metace vult pħs ꝙ indignū sit querere vnū colorem. ut colorem album tanꝙ colorem perfectum qui sit mensura oium colorum ⁊ nō querere vnam subam primā que sit mēsura oīum substantiarū. substātia ergo creature participat primum ens non ꝙ fiat illud nec ꝙ formaliter perficiatur per illud. sed participat esse inꝙtuȝ acquirit eē qō nō posset esse nisi perficeret per esse. ¶ Ad 4m dicendū: ꝙ forma cū materia facit rem in actu ut possit actu intelligi. sed non sufficit forme ꝙ actu existat sine esse. mā ergo nec actu intelligitur nec actu existit sine forma. forma v̊o potest actu intelligi sed non actu existere sine esse. ¶ Ad 5m dicendū: ꝙ potentia simul recipit actū ⁊ est per illum actu: nec est ante actu ꝙ recipiat actum. ideo essentia simul recipit esse ⁊ existit per illud esse. Ad formā aūt arguēdi dicenduȝ ꝙ recipere presupponit eē. nō eē qō recipit. sed esse aliud. ut si eē actuale recipitur in essentia. nō presupponit ꝙ eētia sit ꝑm esse actuale. qꝛ tunc eē actuale presupponeret esse actuale. sed ꝑm nostruȝ modum intelligendi esse actuale presupponit eē essentie in quo recipitur. sicut actus presupponit potentiā tpe tamē simul producit essentia ⁊ esse. ¶ Ad 6m dicenduȝ: ꝙ creatio terminatur ad esse nec tñ alia creatione nec alia factiōe efficitur uel creatur essentia ⁊ esse: qꝛ cum non fiat per se nisi cōpositum. potentia ⁊ actus que sunt partes compositi nō fiunt per se sed fiunt factione cōpositi. vnde nō ~~causat~~ eētia ~~potētia~~ per se nec esse per se. sȝ ~~causa~~tur cōpositum. Nam hoc modo itelligimus fieri uel produci ꝙtum sit sub actu ⁊ actum intelligim⁹ fieri inꝙtum fit in potētia. non fit ergo nisi hoc in hoc ⁊ totum est illud qō per se fit. ¶ Ad 7m dicendū: ꝙ in oibus hijs pōt latere equiuocatio. Nam intelligentia ⁊ intelligere pōt dicere vnā ⁊ eandē rem ⁊ aliaȝ ⁊ aliam rem. sic essentia ⁊ esse. ⁊ lux ⁊ lucere pōt dicere eādem rem ⁊ aliam ⁊ aliaȝ rem. Nam lux pōt dicere qualitatē quādaȝ exñtem in corpore luminoso: ⁊ lucere potest dicere actū progredientē a luce. ⁊ sic pōt realiter differre a luce. uel potest dicere illam candeȝ rē quā dicit lux sub alio ⁊ alio modo significandi. In talibus ergo aliquādo pōt accipi ut simile. aliquando ut nō simile. sunt enim in talibus adaptatiōes quedā qꝛ aliquādo sunt siles aliquādo nō similes cū uocabulis utamur ut uolum⁹. ideo sunt modici ponderis talia argumēta. ¶ Ad 8m dicendū: ꝙ esse sic additum essentie est tamē in eodem genere cum essentia. sic pūctus lȝ sit additus linee: est tñ in eodem genere cum linea. ⁊ qꝛ ipsa eētia substātie est in genere substātie esse substātie est accidens sed est in genere substantie. ¶ Ad 9m dicēduȝ: ꝙ res habēt duplex eē. videlicet esse intelligibile siue eē apud intellectū. ⁊ esse exñtie in re extra. materia aūt ut dicebat nō est intelligibilis nisi per ~~factionē~~. pp̄ter qō res materiales nō sunt itelligibiles per seipsas sȝ per partē sui ut per formā suā ⁊ qꝛ esse intelligibile rñdet ipsi esse essentie. ideo esse essentie in talibus pōt dici ipsa forma ꝑm quē modū loquēdi eētia in talibus differt ab esse: qꝛ essentia dicit cōpositum ex materia ⁊ forma. esse v̊o accipiēdo esse intelligibile in rebus potissime dicit ipsam formā substātie separate: qꝛ sunt intelligibiles per seipsas nō habēt differentē eētiam ab esse. loquēdo de esse intelligibili. eētia v̊o in rebus mālibus differt a suo eē intelligibili. non aūt sic differt in substātijs separatis. ¶ Ad 10m dicēdum: ꝙ substātia est ens per se ꝑm ꝙ ens diuidit in .10. predicamēta: ⁊ ꝑm ꝙ ens dicit ipas essentias rerū. Nam eētia nō dependet ab eētia alterius predicamēti: sed ecōuerso. ⁊ ideo suba est ens per se ⁊ alia sunt ens per accñs loquendo de ente qō diuidit in .10. pdicamēta. sed lȝ substātia sit sic ens per se. non tñ est incōuenlēs ꝙ sit ens .i. exñs per aliud ut per esse sibi superadditum. ¶ Ad 11m dicendū: ꝙ in eodem potētia pcedit actuȝ. non in eodem quocūꝗ modo. sed in eodem generali ⁊ corruptibili. ut ex .9. metace haberi pōt. angelus aūt lȝ sit creabilis ⁊ annihilabilis. nō est generabilis ⁊ corruptibilis. uel possumus dicere ꝙ duplex est agens. vnū qō tpe presupponit passiuam potētiam ut agens creatum. aliud v̊o est agens qō simul cū actu pducit ipsuȝ possibile in quo suscipit actus ut agens diuinū. In hijs ergo que ~~fiunt~~ ab agente creato tpe. potentia precedit actū sȝ simul cū actu pōt produci ~~cum actu~~ ipsum possibile ~~in hijs que fiunt ab agente diuino nō opȝ ꝙ tpe potētia pcedat actum~~: qꝛ angelus non pōt produci ab aliquo agēte creato: sed solum ab agēte diuo: ideo de ipso nihil concludit rō. ¶ Ad 12m dicendū: ꝙ mā essentialiter est quedaȝ potētia ⁊ forma eētialiter est quidā act⁹. sed lȝ forma sit actus respectu materie. habet tñ rōne possibilis respectu eē. propter qō nō est idem cuȝ eē. ad formā aūt arguēdi dicendū ꝙ sicut mā est ideȝ cū sua potentia ut subicit forme: ita forma est idem cum esse qō informat mām. sed non est idem cū esse qō est perfectio forme. Imaginamur eni ꝙ forma per seipsam perficit māȝ quā perficiendo resultat ide quedā essentia composita que dicit essentia ⁊ forma toti⁹ .i. dicitur essentia ⁊ forma que est totū. hi⁹ aūt eētie ⁊ hi⁹ forme est perfectio ipsuȝ esse de quo loquimur. ⁊ ideo est differens ab utroꝗ.

Decimo queritur
Utrū vnius rei vnicuȝ sit esse. ⁊ videt ꝙ nō: qꝛ ꝑm cōmētatorē 3o de ce. ⁊ mū. ubi plures mot⁹ ibi plures nāe. sȝ aliquibus corporibus cōpetūt plures motus ⁊ maxime corporib⁹ aiatis. ꝗ sūt ibi ples nāe. sȝ quelibet nā arguit suū

esse.ergo diuersa esse. ¶ P̃.corruptibile ⁊ incorruptibile non pōt hēre idem esse.q2 eē corruptibilis est corruptibile.incorruptibilia incorruptibile.corruptibile aūt ⁊ icorruptibile fʒ phm in.10.meta[ce] differūt genere.esse ḡ corruptibilis ⁊ icorruptibilis nō solum nō pñt esse idem nūo.sed differūt genere.igitur cum in vno ⁊ eodem homine sit aliquid incorruptibile ut aīa aliquid corruptibile ut corpus.ergo sunt ibi diuersa eē. ¶ P̃.q2 rñdebat ad rōnem primaʒ.ꝙ ubi sunt plures motus eiusdē generis ibi sūt plura eē. arguebatur in ꝯriū.q2 in eodem hoīe sunt plures motus locales.Nam in aīali quolibet perfecto sunt plures motus locales.Nam aīali perfecto cōpetit mot⁹ ad oēm dr̄iam positionis rōne aīe.⁊ competit ei motus deorsum rōne elemēti grauis dn̄antis in ipso.ergo si propter plures motus eiusdeʒ generis sunt in aliquo plures forme ⁊ ita plura esse.cū in eodē aīali pfecto reperiant plures motus eiusdē generis:q2 plures motus locales erunt.ergo ibi plures forme ⁊ plura esse. ¶ P̃.dicebat ꝙ in vna ⁊ eadē re est vnū esse.i.vnuʒ subsistere. ¶ Contra.subsistere nō dicit eē sed modū essendi.Non enī quicq̄d hēt esse subsistit.sed illud sbsistit qd̄ hēt eē hoc modo.videlicet eē per se.poterūt ergo in re esse plura eē lʒ sit aliq̄ modus essendi qui in eadē re plurificari nō possit. ¶ P̃.esse in eodē genere cū eēntia est.ergo plures eēntie diuersoꝝ generum non possunt hēre esse per idē esse:q2 tūc vnū ⁊ idem eē esset in diuersis generib⁹.sed in eadē re sunt diuerse essentie diuersoꝝ generū ut eēntia sbe q̄titatis qualitatis.ergo ⁊ diuersa eē. ¶ P̃.in eodē est forma partis ⁊ forma totius.sed a qualibet forma egreditur aliqd̄ eē.erūt ergo in eodē diuersa esse. ¶ P̃.probat phs ꝙ non pōt eē motus in instāti. Nā mot⁹ est in tpe ⁊ est in quolibet tēporis illius.motus enim quicūq3 est in toto tpe quo fit ⁊ est in quolibet illius tpis. Sed nō est intelligēdū ꝙ sicut in quolibet illius tpis nisi in quolibet diuisibili.in idiuisibili aūt nō pōt esse motus.sed si motus posset in indiuisibili:q2 mot⁹ est in tpe ⁊ quolibet tpis in quo pōt eē motus motus esset in ultimo instāti ill⁹ tpis.⁊ qua rōne motus eēt in quolibet tpis ⁊ in ultimo instanti ad qd̄ terminat illud tps p̃ius rōne quies erūt in toto suo tpe ⁊ in p̃ino instanti in quo incipit tps illud sed est instās idem ad qd̄ terminat tps in quo est motus ⁊ in quo incipit tps in quo est quies.ergo in illo instāti erit quies ⁊ mot⁹ ⁊ idē simul quiescit ⁊ mouebit.ex hac aūt rōe arguit ꝙ impossibile sit motū aut quietē esse in instanti.Nā si res prius mouet ⁊ postea quiescit.dicem⁹ ꝙ per totum tps p̃cedens mouet per totū tps sequēs q̄escit. in instanti v̄o q̄est finis tpis p̃cedentis ⁊ initiū tpis sequētis nec mouet nec quiescit.ecōuerso aūt dicerem⁹ si res p̃us quiesceret ⁊ postea moueret sicut q̄es ⁊ motus nō possunt eē simul.ita eē ⁊ nō eē rei simul eē nō pñt.ḡ qua rōne arguebam⁹ motū ⁊ q̄etē nō eē in instāti fm se in tpe ne ponerem⁹ motū ⁊ quietē simul eē. pari rōne cogemur ponere eē ⁊ nō esse rei nō eē in instanti fm se in tpe ne cogemur ponere ꝙ simul sit esse ⁊ nō esse rei.cū oē ꝙ inducit in tpe presupponit eē rē in qua inducit quare si eē sit in tpe ⁊ acq̄ritur in tpe ⁊ nō in instāti.ergo tpe plus presupponit eēntiam eē in qua recipiat.ergo erūt ibi duo eē.videlicet esse qd̄ habet eēntia anteq̄ acquirat eē.⁊ eē qd̄ in tpe acq̄rit ipsi eēntie. ¶ P̃.sicut res se habet ad eē:ita se habet ad agere.sed in eadē re sunt plura agere ⁊ plures operationes.ergo ⁊ plura eē eīa ia separata pōt itelligere.nō aūt pōt sentire.ergo itelligere nō est idē ꝙ sentire.sed dum est in corpore intelligit ⁊ sentit.ergo hoi cōpetit per aiam ⁊ sentire ⁊ intelligere.ergo sunt ibi plura eē.vnū esse mediante quo egreditur actus sentiendi ⁊ illud mediāte quo egredit actus intelligendi. ¶ P̃.nō est idem eē sbe ⁊ accītis:q2 non eodem modo est ens hoc ⁊ illud.ergo in eodē sunt plura eē. ¶ P̃.aīa est actus corporis.sed corpus dicit aliquid in actu.ergo corpus hēt aliquod eē ⁊ aliquē actū quē nō hēt ab aīa. ¶ P̃.suppositū hoīs corrūpit.aīa nō corrūpitur.ergo in hoīe aliud est esse suppositi ⁊ aliō esse aīe ⁊ ita plura eē. ¶ P̃.in hoīe sunt diuerse eēntie substātiales.⁊ ēt in quolibet cōposito ex mā ⁊ forma:q2 est ibi eēntia materie ⁊ eēntia forme.⁊ q2 quelibet eēntia arguit suū eē.erūt in quolibet composito diuersa esse. ¶ In ꝯriū est phs 6° top. qui vult ꝙ vni⁹ rei vnicū sit esse. ¶ P̃.in libro de vnitate ⁊ vno qui a plurib⁹ dr̄ esse boetius scribitur ꝙ vnūquodq3 intm̄ eē est inq̄tum vnū est.si vnūquodq3 intm̄ est inq̄tum vnū est.ergo vnūquodq3 intm̄ est inq̄tuʒ vnū habet eē:vni⁹ ergo rei vnicū est esse. ¶ P̃.in eodem libro scribit ꝙ oīa appetūt eē vnū.sed appetit⁹ oīum est appetitus nālis.sed nālis nō possunt eē frustra.si ergo oīa appetūt vnū esse ⁊ hoc nō potest eē frustra in vnaquaq3 re opʒ esse vnum esse.

Respondeo dicendū:ꝙ modi eēndi ⁊ modi se habēdi in vna ⁊ eadem re possunt eē diuersi:q2 tales modi eēndi ⁊ tales modi se hn̄di ab ipsis essentijs nō differunt realiter.talia enim nō dicūt res alias ab ipsis essentijs. Sed loquēdo de eē qd̄ facit cōpositionē cū essentia de quo dicimus.ꝙ oē qd̄ est citra primū est quid cōpositū ex eo ꝙ est ⁊ eē.⁊ sic vni⁹ rei vnicū est esse. In hac aūt qōne sic p̄cedemus:q2 ne laboremus in equiuoco ⁊ ne accipiamus modū essendi pro ipso esse. Primo distinguimus de ipso esse. Scd̄o uacuabimus positionem nostrā quō vni⁹ rei vnicū sit esse. Tertio adducemus rōnes ad nostrū propositū ostendendum. ¶ Propter primū sciendū ꝙ ut dicebat supra eē qd̄ dat forma accidētalis sbo non est res alia ab ipsa forma ⁊ ab ipso susceptibili.ut si quātitas dat suo susceptibili uel dat sue materie eē extensum.hi⁹ esse extēsum non est res alia ab ipsa quātitate ⁊ ab ipsa mā.nam ut dicebatur extēsum uel dicit aliquid ꝙ informat mām.uel nō dicit id qd̄ informat mām.nec dicit ipsaʒ formā.sʒ dicit participationē forme.si v̄o dicat ipsam formaʒ uel id qd̄ informat mām.sic eē extēsum non est res alia a q̄titate:q2 nulla extēsio informat mām nisi quātitas.sʒ si eē extensum nō dicat ipsam formā sed participationem forme.sic non erit res alia a mā ⁊ a potentia susceptiua:q2 mā seipsa participat formā.⁊ quelibet susceptiua potētia seipsa participat actū.materia enim ut est sub priuatione quātitatis ⁊ ut est sub quātitate. uel ut est sub p̄uatione cuiusq3 forme.⁊ ut est sub forma nō est aliud ⁊ aliud fm rē.sed est vna ⁊ eadeʒ res aliter ⁊ aliter se hn̄s.⁊ constat ꝙ mā ut est priuata q̄titate nō est extensa:ut est cum quātitate est extensa. materia aūt nō extensa ⁊ postea facta extensa non est alia ⁊ alia materia.sed est vna ⁊ eadē aliter ⁊ aliter se habēs.habet enim esse materie ut possit sic diuersificari.sed si eē qd̄ habet mā ex forma accidentali nō est res alia ab ipsa forma ⁊ ab ipsa materia.multo magis esse qd̄ habebit materia a forma substantiali non erit res alia ab utrisq3.imaginabimur enim ꝙ forma substantialis pficit mām ⁊ dat esse materie.istud eē non est perfectio forme.sed est perfectio materie.istud eē uel est ipsa forma uel est participatio forme.imagina

bimur ulterius ꝙ forma substãtialis adueniens mãe
facit vnaʒ essentiã cum ipsa. ⁊ ab ista tota eẽntia fluit
quoddã esse qḋ est perfectio totius eẽntie. ⁊ tale esse
est res alia ab ipsa eẽntia ⁊ tale esse facit cõpositionẽ
cũ essentia ⁊ de tali eẽ est qḋ: utrum in vna ⁊ eadem
re possint eẽ plura esse. nõ eniʒ possumus intelligere
formã nõ eẽ formã uel essentiã nõ eẽ essentiã. possu-
mus tñ itelligere quãcũqȝ essentiã creatã nõ eẽ. ergo
quelibet eẽntia creata differt a suo esse. ⁊ ut ista exẽ-
plificemus infantum. dicamus ꝙ ex aĩa rõnali ⁊ ex
corpore humano fit vna eẽntia. que dicit humanitas.
quicũqȝ ergo ĩtelligit humanitatẽ intelligit quãdam
nãm cõpositã ex mã ⁊ forma. uel ex aĩa ⁊ corpore. sʒ
cũ intellexerit talem nãm cõpositã adhuc põt dubi-
tare. utrũ talis nã hẽat esse. ⁊ adhuc põt itelligere ta
lem essentiã nõ eẽ. Si ergo esse est idẽ cũ ipsa eẽntia
tũc intelligẽdo talem essentiã nõ esse. intelligeret illã
essentiã nõ eẽ essentiã. ut eẽt ibi repugnãtia itellect⁹.
Si ṽo tale eẽ nõ esset idẽ ꝙ tota eẽntia. sʒ eẽt idẽ ꝙ
forma cũ in illa eẽntia cõposita includat ipsa forma.
qui intelligeret talem essentiã nõ eẽ per se loquẽdo.
intelligeret formã nõ eẽ formam. imo qꝛ ipsas subas
separatas que sunt forme per se exñtes possum⁹ intel
ligere nõ eẽ. nõ debet eẽ dubiũ ~~eẽntiaʒ~~ subam creatã
esse realiter differentẽ a suo eẽ siue suba cõposita ex
utrisqȝ. ⁊ ut utamur ṽbis aucẽ. dicam⁹ ꝙ in istis reb⁹
mãlibus est forma ptis ⁊ forma toti⁹ ꝙ est humanitas
que cõplectit utrũqȝ nãm mãlem ⁊ formalem. ⁊ iḋ di
citur forma totius quia est forma que est forma que
est totũ. uel humanitas dicit forma toti⁹ que dic̃ totũ
per modũ forme. cũ ġ querit utꝝ in vna re sit vnũ eẽ
nõ est qḋ de esse ꝙ est a forma acñtali qꝛ tale eẽ nõ
est res alia ab eẽntia acñtia ⁊ ~~substãtie~~ nec est qḋ de
esse ꝙ respicit formã qꝛ tale eẽ est de rõne ipsius eẽn
tie. sed est qḋ de eẽ qḋ respicit formã toti⁹ qꝛ tale esse
est pter rõnem eẽntie. ⁊ põt intelligi eẽntia nõ intel-
lecto tali eẽ. sed ꝯstat ꝙ nõ possumus intelligere hu-
manitatẽ nisi intelligamus corpus perfici per aĩam. ⁊
constat ꝙ corpus perfici per aĩam est corpus hẽre eẽ
per aĩam. tale ergo eẽ ꝙ est ab aĩa ⁊ a forma ptis est
de rõne humanitatis ⁊ de rõne eẽntie. Itẽ phs in 5°
metaᶜᵉ. c. de per se. vult ꝙ viuũ sit de rõne hoĩs. ⁊ cõ
stat ꝙ viuere viuentib⁹ est eẽ. ergo erit de rõne hoĩs.
⁊ tñ auiẽ. vult ⁊ uerũ est. ꝙ eẽ est pter rõneʒ essentie.
⁊ ꝙ eẽ nõ ingredit quidditatẽ ⁊ diffinitionẽ rei. ⁊ iḋ
opʒ distinguere de esse prout respicit formã partis. ⁊
formã totius. dicebam⁹ quidẽ ꝙ cũ intelligo huma-
nitatẽ intelligo corpus humanũ perfectũ per aĩaʒ ra
tionalẽ. sed cũ intelligo aliquid sic perfectum. adhuc
possum dubitare. utrũ tale sic perfectũ sit uel existat
in rerũ nã. nõ ergo possum intelligere tale perfectum
~~tale~~ sine pfectione. sed possum itelligere talẽ pfectio
nem nõ existere. perfectio ġ ipsa que icluditur in ipso
pfecto uel est ipsa forma uel participatio forme. ⁊ iḋ
talis pfectio est de rõe rei cõposite ⁊ igredit q̃ddita
tẽ ⁊ diffinitionẽ ipsi⁹: qꝛ si diffiniret talis res ipsa forma
⁊ mã ut pricipat formã ingredit diffinitionẽ ei⁹. sʒ eẽ
pqḋ ~~ñi~~ existere in rerũ nã. ꝙ nõ est de rõne eẽntie ipso
põt carere eẽntia ⁊ sine ipso. imo cũ opposito ei⁹ põt
intelligi eẽntia. ⁊ ideo est supadditũ eẽntie. ⁊ tale eẽ
est perfectio totius eẽntie ⁊ tota eẽntia dicit per ta-
le eẽ existere. ⁊ de tali eẽ est qḋ. utruʒ plurificari pos-
sit in vna ⁊ eadẽ pura creatura. signant aũt mouem⁹
qõnem de creatura pura; qꝛ nõ est intentionis nostre
querere de christo. utrũ sit in eo plura eẽ. ¶ Postꝙ
ergo distinximus de eẽ ut possemus nobis cauere ab

equiuocatione uolum⁹ declarare positionẽ quã tene-
mus in hac mã. Sciẽdum ergo ꝙ sic imaginabimur
essentiã creature se hẽre ad eẽ sicut mã suo mõ se hẽt
ad extensionẽ. sicut ergo mã de se dicit quid nõ exten
sum. ⁊ si debeat eẽ extensa: opʒ ꝙ ei superaddat q̃ti-
tas que est eẽntialiter ipsa extẽsio. sic quelibet eẽntia
creata dicit aliquid de se nõ existens. ⁊ ad hoc ut exi-
stat opʒ ꝙ ei superaddat eẽ ꝙ sit eẽntialiter ipm exi-
stere. sed tamẽ sufficit vnũ existere in vna re. ⁊ vnũ eẽ
ad hoc ut oĩa existãt ⁊ sint per illud. sic in vna re suffi
cit quãtitas vna ad hoc ꝙ oĩa sint extensa per illam.
per illã eni eadẽ quãtitatẽ per quã extendit mã albe
do ⁊c̃. accidẽtia recepta in mã. ergo mã extendit per
quãtitatẽ qꝛ subicit extensioni. alia ṽo accidẽtia extẽ
dũtur per quãtitatẽ qꝛ recipiunt in re extensa. vñ nõ
opʒ ꝙ quot sunt extensa tot sint quãtitates. sed ima-
ginabimur ꝙ suba extendit qꝛ pficit per quãtitatem.
alia ṽo acñtia extẽdunt qꝛ recipiunt in re extẽsa. sic
⁊ in pposito suba cuiuslibet creature existit: qꝛ perfi-
citur per eẽ. accidẽtia aũt existunt qꝛ recipiunt in exi
stente. accidẽtia quidẽ sicut nõ sunt entia qꝛ non sunt
entis. ut dicit in 7° metaᶜᵉ. Ita possum⁹ dicere ꝙ nõ
sunt exñtia nisi qꝛ sunt exñtis. vnũ est ergo eẽ per qḋ
existit suba qꝛ perficit per illud. ⁊ per qḋ existũt acci-
dentia qꝛ recipiũtur in suba iam existẽte. sicut vna est
quãtitas per quã extẽditur suba qꝛ perficit per illam
⁊ per quã extendunt oĩa alia accidẽtia qꝛ recipiũtur
in re iam extensa. ¶ Hys aũt plibatis uolumus ostẽ
dere quõ eẽ plurificari nõ possit. qḋ triplici via uena
bimus. Prima via sumet prout esse comparat ad rei
subaʒ. Scḋa prout cõparat ad oĩa accidẽtia. Tertia
prout ꝯsiderat ſm seipsum. plurib⁹ enim modis non
possumus excogitare plurificationẽ eius. ¶ Prima
via sic patet. Nam si rõne sube uolumus in re aliqua
ponere plura eẽ. hoc nõ erit rõne materie ſm se. sed
magis erit rõne forme qꝛ eẽ nõ sequitur mãm ſm se.
sed uel sequit ipsam formã uel sequit totã eẽntiaʒ cõ-
positam ex mã ⁊ forma. cũ ꝙ distinguamus formam
partis ⁊ formã totius tripliciter ex parte forme pos-
set aliquis intelligere plurificari ipsum eẽ. Primo si
eẽnt in re plures forme partis. Secũdo si eẽnt in ea
plures forme totius. Tertio dato ꝙ in re nõ sint nec
plures ~~substãtie~~ nec ille: tñ eo ipso ꝙ est in ipsa re for-
ma partis ⁊ forma totius videt ibi eẽ duplex eẽ. vnũ
qḋ fluit a forma partis ⁊ aliud qḋ fluit a forma toti⁹.
difficultates ergo iste: ut ex pluralitate formaꝝ argu
amus pluralitatẽ ipsius eẽ potissime locũ hñt in sub-
stantijs mãlibus. in substãtijs ṽo separatis qui negãt
ibi cõpositionẽ ex mã ⁊ forma ⁊ dicũt eas eẽ qualdã
formas per se exñtes subterfugiũt oẽs difficultates
tactas. qꝛ hac ypothesi stante nõ erit ibi distinctio in
ter formã partis ⁊ formã totius. qꝛ nã earũ hẽt partẽ
⁊ partẽ: non tñ hẽt mãm ⁊ formã. sed est simplex for-
ma. ¶ Rursus in vna ⁊ eadẽ intelligẽtia nõ erũt plu
res substãtiales forme: qꝛ hec locũ hẽre non põt nisi
in formis receptis in mã. qꝛ forma substãtialis per se
stans nõ est ulterius susceptiua alteri⁹ subalis forme.
nullo ġ modo sunt ibi plures subales forme nec ptis
nec totius. ergo qꝛ ibi talis distinctio locũ nõ habet:
uolumus ondere ꝙ in rebus materialibus nullo mõ
propter pluralitatẽ formarũ contingit ponere plura
esse. Nam pmo hoc nõ potest poni propter formam
totius ut dicatur ideo in re aliqua esse plura eẽ: quia
sunt in ea plures forme totius. Nam cuʒ forma toti⁹
sit forma que est totum sine esse. si in re aliqua essent
plures forme totius in eodem toto essent plura tota

qḋ est incõueniẽs. utrũ aũt in aliquo possit eẽ vna forma totius nãliter. alia võ per assumptionẽ: utputa ꝙ hõ manẽs homo virtute diuina assumeretur in eo nã leonis. ita ꝙ esset simul leo ⁊ hõ. sicut fuit in dei filio ꝙ ipse manẽs deus assumpsit nãꝫ humanã ⁊ est simul deus ⁊ hõ. ⁊ utruꝫ in christo uel aliquo alio si posset esse siłis modus assumptiõis ꝑpter pluralitatẽ naturarũ eẽnt in eodẽ tali plura eẽ p̄sens speculatio nõ patitur. ¶ Intendimus eni loqui de nãli cursu rerũ ſm quẽ modũ ipossibile est nãliter in eadẽ re esse plures tales nãas quas appellam⁹ formas totius. ¶ Rursus in eadem re nõ possunt eẽ plura eẽ ꝑpter plures formas partis. Nam non est intẽtio nr̃a ad p̄sens determinare. utrũ loquẽdo de forma partis possint in eadẽ re eẽ plures substãtiales forme. Sed intẽdim⁹ dicere ꝙ ꝑpter pluralitatẽ taliũꝫ formarũ nõ opꝫ in re ponere plura eẽ. loquẽdo de eẽ ꝙ realiter differt ab essentia ⁊ ꝙ nõ est de rõne rei nec ingredit̃ q̃dditatẽ eius. Naꝫ ut dicebat̃ eẽ qḋ est a forma partis non est re differens a mã ⁊ forma: qꝛ talis forma seipsa ꝑficit mãm ⁊ mã seipsa perficit per formam. ita ꝙ nõ est ibi eẽ mediũ ꝙ sit res aliqua differẽs realiter a mã ⁊ forma. tale ergo eẽ iã intelligit̃ eẽ aliq̃d ꝙ informat mãꝫ ⁊ tunc est ipsa forma ⁊ nõ differt realiter ab essentia forme: qꝛ forma per seipsa informat mãm ⁊ ꝑficit eã. uel tale eẽ nõ intelligit̃ eẽ forma sed participatio forme ⁊ tũc nõ differt realiter ab eẽ mãe: qꝛ sicut forma per seipsam informat mãm. ita mã per seipsam participat formã ⁊ informat per eam. tale ergo eẽ qḋ respicit formã partis: siue accipiat̃ ut est forma: siue ut participatio forme nõ differt realiter ab eẽntia materie ⁊ forme. ideo tale eẽ nõ facit realem cõpositionẽ cũ essentia. ¶ Rursus tale esse pertinet ad rõnem ⁊ ad quidditatẽ rei. iõ de eo nõ est p̄sens sermo. cũ eniꝫ dicimus utrũ in re sint plura eẽ nõ intelligimus de esse qḋ est modus eẽndi uel ꝙ nõ differt realiter ab essentia nec facit realẽ cõpositionẽ cũ ea. igit̃ ꝑpter plures formas partis poterim⁹ in re ponere diuersa esse que sunt idem ꝙ forma. uel ponemus ibi diuersa eẽ. i. diuersos modos eẽ participãdi formaꝫ. sed diuersa eẽ que sint res realiter differẽtes a mã ⁊ forma ibi non possimus ponere. dicemus itaqꝫ ꝙ quotcũqꝫ subãles forme ponant̃ in eadẽ mã. ex oĩbus illis formis cum mã fiet vna eẽntia per se ꝙ utrũ ⁊ quõ sit possibile ꝙ ex plurib⁹ in actu fiat vna eẽntia per se nõ est presentis speculationis. attñ patet ꝙ sic opꝫ nos dicere si posuimus in eodẽ plures subãles formas. de illa aũt vna eẽntia que resultabit ex mã ⁊ ex oĩbus illis formis subãlibus ꝯtinget dubitare. utrũ sit aliq̃d in reꝫ nã ⁊ poterit illa eẽntia intelligi cũ opposito ipsius eẽ qꝛ poterit intelligi nõ eẽ. ⁊ ideo opꝫ ꝙ realiter differat ab eẽ ⁊ si debeat talis eẽntia existere in rerum nã opꝫ ꝙ ei supaddat̃ ipm eẽ. istud est ergo eẽ de quo loquimur qḋ respicit totã eẽntiã ⁊ totã subãm rei. ⁊ qꝛ in qualibet re nãliter loquẽdo nõ est nisi vna talis essentia: ⁊ nõ est nisi vna forma totius. iõ vni⁹ rei vnicũ est eẽ. Stringim⁹ ergo sermonẽ nostrũ ⁊ dicamus ꝙ in eadem re nõ põt plurificari eẽ per plures formas totius. qꝛ in vna re nõ est nãliter nisi vna talis forma. nec ẽt plurificabit̃ eẽ ꝑpter plures formas partis. qꝛ esse istud de quo loq̃mur nõ respicit formã partis: ſꝫ totius. Nec tertio dicet̃ plurificari tale eẽ ꝑpter formaꝫ partis ⁊ totius. ut dicat̃ qḋ est vnũ eẽ ꝙ respicit formã partis ⁊ aliud qḋ respicit formã toti⁹. Nã ꝑpter formã partis nõ erit ibi eẽ ꝙ sit realiter differens ab essentia. sed tale eẽ dicemus in qualibet re eẽ vnũ tm̃ ꝑpter vnã totalẽ eẽntiam ⁊ per vnã formã toti⁹: q̃re si cõparet̃ esse ad ipsam subãm semp in vna re nãliter est vnũ eẽ. utrũ aũt miraculose possint in eadẽ re esse plura eẽ nõ spectat ad p̄sens. ¶ Secũda via ad inuestigandũ hoc idẽ sumit̃ ex eo ꝙ eẽ cõpat̃ ad accñtia. Nã ꝑpter plures formas subãles nõ ponim⁹ in re plura eẽ. nec ẽt possum⁹ ibi ponere talem pluralitatẽ ꝑp formã subãlem ⁊ accñtaleꝫ uel ꝑpter plures formas accñtales: qꝛ accñtis eẽ est ineẽ. accidẽti eni nõ cõpetit per se eẽ. nam si accñs p̄ter eẽntiã suaꝫ hẽret suum ꝓpriũ esse. tũc illud accidẽs nõ accideret rei nec esset in alio ſꝫ esset per se exñs. nã hoc est eẽ in alio eẽ per esse alterius. ⁊ ideo accidẽtis eẽ est inesse. qꝛ accidẽs ideo est qꝛ inest ⁊ ideo existit q̃ est in exñte: ergo ꝑpt plures formas accidẽtales uel ꝑpter formã subãlem ⁊ accidẽtalẽ nõ opꝫ in re ponere plura eẽ: qꝛ accñtia nõ existũt nisi qꝛ sunt in existẽte ⁊ nõ sũt nisi qꝛ insũt. Est ãt ⁊ alia rõ quare ꝑpter accñtia nõ opꝫ plurificari esse. Nam esse ut dicebat̃ nõ respicit formã partis sed formã totius. Imaginamur enim ꝙ forma ꝑficit mãm: ⁊ ista talis ꝑfectio nõ est esse ꝙ sit res alia a mã ⁊ a forma. sed uel est ipsa forma uel participatio forme. ⁊ ut est participatio forme nõ est res alia a mã. ſꝫ est quidã modus se habẽdi quẽ hẽt mã ut est sub forma. ut aũt est forma nõ est reꝫ alia ab essentia forme. Rursus qꝛ ꝗ ex mã ⁊ forma fit vna eẽntia per se. a tali eẽntia ꝓgredit̃ eẽ. Si ergo forma ita ꝑficeret mãꝫ ꝙ tñ ex mã ⁊ forma nõ resultaret vna eẽntia quã uocamus formã totius in rebus mãlibus nõ possumus dare eẽ ꝙ eẽt differens ab essentia: ⁊ qꝛ sic est in accidentib⁹ ꝙ accidẽs ita ꝑficit ſbm ꝙ tamẽ ex accidẽte ⁊ ſbo non resultat vnũ per essentiam. Ideo ſꝫ forma substãtialis perficiat mãm ⁊ a forma ⁊ a mã fluat eẽ: accidẽs aũt perficit ſbm ꝙ ab accñte ⁊ ſbo eo ꝙ non faciat vnã per se eẽntiam nullum aliud esse fluit. accñtia ergo q̃tum ad modũ perficiẽdi assimilantur forme partis. sed ex accñte ⁊ ſbo non resultat forma totius quare sicut ꝑpter formã partis ⁊ formã toti⁹ nõ ponimus in re plura eẽ. ita ẽt ꝑpter accñtia ⁊ substantiã nõ opꝫ ponere plura eẽ. ¶ Tertia via ad inuestigandũ hoc idẽ sumit̃ ex parte ipsius eẽ. Imaginamur enim ꝙ eẽ q̃tuꝫ est de se nullo alio participat. alia ergo possunt participare eẽ. ſꝫ ipsum eẽ q̃tum est de se nullo alio participare põt. vñ boeti⁹ in de ebdõ. ait. ꝙ id qḋ est: participare alio põt. sed ipsum eẽ nullo alio participare põt. qḋ sic intelligimus: qꝛ essentia siue sit eẽntia for̃e substãtialis siue accñtalis si hẽret eẽ separatuꝫ adhuc posset participare alio qꝛ posset participare eẽ. ſꝫ si eẽ eẽt separatũ nullo alio participare posset. vnde si subã esset separata hẽret aliquid aliud p̄ter suã eẽntiam: qꝛ hẽret eẽ ⁊ participaret eẽ. Sed si eẽ esset separatũ nihil aliud hẽre posset p̄ter se ipm. hoc est ergo ꝙ ait boeti⁹. qḋ id qḋ est hẽre aliq̃d põt p̄terq̃ ꝙ ipsum est. ipsuꝫ võ eẽ nihil aliud p̄ter se hẽt admixtũ. q̃ ergo ꝯsiderat q̃ est ipꝫ eẽ. patet ꝙ eẽ q̃tum est de se est sũma actualitaꝫ que posset reperiri in vnaquaqꝫ re. ut eẽ lapidis q̃tuꝫ est de se est summa actualitas que possit reperiri in lapide ⁊ esse ligni in ligno. dicimus aũt q̃tum est de se. qꝛ eẽ ſm se non nisi actualitateꝫ dicit. ſꝫ si dicat possibilitatẽ hoc est rõne eius in quo ~~reperitur~~ recipitur ⁊ in quo est aptuꝫ natum recipi. vnde esse ꝙ nõ recipitur in aliquo nec est aptũ recipi in alio omnino purissimam actualitatem importat ꝙ nõ possumus dicere de forma. reperitur eni forma q̃ nec recipit̃ in alio nec ẽ apta nata recipi. sed est per se existenꝫ ut patet in substantiis separatis

sequendo opinionē illam ꝙ non sit ibi compositio ex mā ⁊ forma nec tñ propter hoc forme ille sunt actus purus. sed nō est possibile dare tales esse ꝙ nō sit receptū nec aptū natū recipi in alio quin sit purus act⁹. eē ergo quātū est de se dicit sūmā actualitatē possibilem reperiri in entibus. talia aūt nō possunt in eodē plurificari: qz tūc illa hērent per se ordinē adinuicē ⁊ vnū de se esset possibile respectu alterius ⁊ ꝙ esset tale nō esset eē sed esset forma. ⁊ ideo sicut in eodem nō reperiunt̄ plures albedies. qz tūc vna eēt pfectio alterius ꝙ nō patit̄ rō albi ut albū per albuȝ pficiat̄. sic nec in eodē esse poterūt plura esse: qz tūc vnū pficeret̄ per aliud qd̄ nō patitur rō ipsius eē. si bñ ↄsiderent̄ iam dicta. patet ꝙ siue eē cōparet̄ ad subam siue ad accñtia. siue ↄsideret̄ ſm se vnı⁹ rei vnicuȝ est esse.

Ad primum dicēdū: ꝙ in corporib⁹ aiatis loquēdo de aiatis alijs ab homine nō sunt plures forme nec plures nature nisi ſm rōnem: ut in leone est vna forma tm̄. ⁊ illa pōt ↄsiderari dupliciť. uel ut est aia. uel ut supplet viceȝ forme mixti. ⁊ sic in leone erūt duo motus. vn⁹ qui est deorsum ⁊ iste est mot⁹ generis ⁊ est ab aia ut sequitur eā grauitas. aliuȝ progressiu⁹: ⁊ iste est ab aia ut aia est ⁊ est ab ea ut sequit̄ eam appetitus ⁊ est ad oēm differentiā positionis. sic etiā possemus ibi ponere tertiū moduȝ videlicet motū augmenti qui est etiā ad oēm dr̄iam positiōis ⁊ est ab aia ut uegetat corpuȝ nec pp hoc sūt in itēctione plures forme. sȝ vna ⁊ eadē aia est in leone que est sensitiua uegetatiua ⁊ supplet vicem forme mixti. ex quib⁹ sunt in leone tres mot⁹. videlȝ motus pgressiu⁹; motus augmēti: ⁊ motus deorsuȝ. ad formā autē arguendi ꝙ ibi sunt plures motus ibi sunt plures nature. uerū est ſm rōnem: qz nō opȝ tantam vnitatē dare in effectib⁹ quātā damus in cā. Nā enim est cā motus ⁊ est pn̄m mot⁹ ut dicit̄ in 2° phisi. attñ nō opȝ si sunt plures motus in aliquo ſm rem ꝙ sint ibi plures nāe ſm rem. imo ab alio eadem nā ſm rem aliter ⁊ aliter accepca possunt cāri plures motus realiter differētes. ut ab eadē aia causant̄ motus progressiuus ⁊ augmenti. sed dicet aliqs ꝙ opȝ in aliquo dare plures formas ⁊ ita plures nās ut in hoie. quid aūt sit de hoc nō determinam⁹ ad p̄sens. posito tñ ꝙ essent in hoie plures nature ⁊ plures forme essent in eo plures forme partis. nō aūt plures forme toti⁹. ⁊ ideo nec plura esse. ¶ Ad 2m dicendū: ꝙ corruptibile ⁊ incorruptibile nō opȝ ꝙ habeāt aliud eē. sȝ sufficit ꝙ alio mō cōparent̄ ad illud eē. ut aia ⁊ corpus qz faciūt vnā essentiā hñt vnū esse. attñ ad illud eē non comparant̄ eodē mō: qz aia loquēdo de aia intellectiua est inseparabilis ab illo eē. corpus aūt per separationē aie pōt separari ab illo esse. ⁊ iō aia intellectiua est icorruptibilis. corpus vō corruptibile. ¶ Ad 3m dicendū: ꝙ nō dabit̄ sufficiēs cā. videlicet ꝙ ubi sunt plures motus eiusdē generis uel plures motus locales ꝙ ibi sint plures materie uel plures forme. dato tñ ꝙ sic eēt essent ibi plures forme partis. nō aūt plures forme totius. ⁊ per ↄñs nec plura eē. ¶ Ad 4m dicendū: ꝙ vnū ⁊ idem esse est per qd̄ subsistit suba. ⁊ per qd̄ existūt accñtia: qd̄ quō sit est in supiorib⁹ determinatū. Realiter ergo est vnū subsistere ⁊ vnū eē in oi re. sed per illud eē existit suba tanꝙ aliquod qd̄ perficit̄ per tale ⁊ tanꝙ aliquod qd̄ per se existit. existunt aūt accñtia qz recipiunt̄ in exñte. ¶ Ad 5m dicendū: ꝙ esse est in eodē genere cū eēntia. sed non cū essentia qualibet sed cū eēntia sube cui per se ⁊ pmo cōpetit eē. accñtia vō nō sunt per esse sui generis. sed per eē sube. vnde eoȝ eē est in esse ⁊ intñ sunt inꝗtū insunt loquēdo de nāli cursu eoȝ. quid aūt deus possit facere per miraculū nō spectat ad pñs. ¶ Ad 6m dicendū: ꝙ in eodē est forma partis ⁊ totius: sed non ppter hoc sunt ibi plura eē. qz esse nō nūatur nisi put nūatur formatio ei⁹. ⁊ qz in vna ⁊ eadē re est vna forma totius. iō in vna ⁊ eadē re est vnū tm̄ esse. ¶ Ad 7m dicendū: ꝙ nō est simile de motu ⁊ de quiete ⁊ de esse ⁊ de nō esse. naȝ motus ⁊ quies hñt fieri in tpe. ⁊ ideo si eēnt in instāti eēnt in quolibet instāti illius tēporis. ⁊ qz vnū ⁊ idē instans pōt esse finis tēporis qd̄ mensurat motū. ⁊ initiū tēporis qd̄ mēsurat quietē. illud instans aliquo mō ptinebit tam ad tēpus qd̄ mēsurat motū ꝙ ad tps qd̄ mensurat quietē. in illo ergo instāti eēt motus ⁊ quies qd̄ est impossibile. ista g̃ rō aliquid pbat ⁊ aliqd supponit. supponit quidē ꝙ des ⁊ motus fiant in tpe. pbat autē ex hac suppōne facta ꝙ nō possunt fieri in instāti. ergo si ex hoc uolumus procedere ad pbationē ipsius eē: opȝ ꝙ supponam⁹ ꝙ esse ⁊ nō esse fiant in tpe: ⁊ tunc erit ibi peccatū in mā: qz supponet̄ falsum. erit etiā ibi peccatū in forma qz petet ibi ꝙ est in pncipio. nā ibi ↄdudebant̄ ꝙ esse ⁊ nō esse fierēt in tpe. ⁊ qz hoc opȝ ibi presupponere pbabit idē per idē ⁊ ↄcludet ꝙ supponebat. ¶ Ad 8m dicendū: ꝙ ut dicebat̄ supra nō opȝ dare tantam vnitatē in effectib⁹ ꝗtam damus in cā. ⁊ ideo si ab eē causat̄ agere nō opȝ ꝙ in re sint tot esse quot sunt ibi agere. uel non opȝ ꝙ res hēat tot esse quot hēt operationes. possumus aūt ⁊ aliter dicere. Nam calefacere presupponit eē calidū ⁊ scindere p̄supponit esse acutū. si ergo idē calefacit ⁊ scindit. idē hēbit duplex esse. calidūȝ .f. ⁊ acutū. sed tūc equiuocat̄ in eē. Nam eadē res hēt esse calidū albū ⁊ acutū. sed ista esse uel dicūt ipsas formas uel participationes forme. ⁊ talia esse plurificari in eodē nō est incōueniēs. ¶ Ad 9m dicēduȝ: ꝙ aia sentit ⁊ intelligit. sed ex hoc nō arguit̄ ꝙ in ea sint diuersa eē .i. diuersa existere. sed solū concludit̄ ꝙ in ea sint diuerse qualitates ⁊ diuerse potentie: ut sensus ⁊ intellectus. in hoc eni argumēto equiuocat̄ in esse. sicut equiuocabatur in argumēto alio. ¶ Ad 10m dicēdum: ꝙ per illud idē existere per qd̄ existit substātia existit ⁊ accidēs. nec tamē sunt eodē modo existētis accñs ⁊ substātia: qz ad illud existere nō codeȝ modo comparant̄. sed ut dicebat̄ substātia existit per se ⁊ perficit̄ per eē sed accñs existit: qz recipitur in existente: nisi ergo substantia existeret accñs nō existeret. per illud ergo eē per qd̄ existit substātia per se ⁊ primo existit accñs ex ↄsequenti. ¶ Ad 11m dicendū: ꝙ cū dicimus aia est actus corporis. querimus utrū corpus dicat aliquid in actu de se p̄ter aiaȝ est querere utrū in re aiata sint plures forme. ꝙ si cōcedatur nō habet̄ intentū. dicebat̄ eni supra ꝙ eē nō numerat̄ ſm formas partis: sȝ solum ſm formas totius. uel si nūat̄ ſm formas partis. hoc erit soluȝ ſm formā ultimaȝ ⁊ complestiuā. ⁊ qz quātūcunqȝ in re ponant̄ plures forme pt̄is: tñ semper est ibi vna forma totius ⁊ vna forma cōplestiua. ideo semp est ibi vnū esse. ¶ Ad 12m dicendū: ꝙ suppositū hoīs corrumpit̄ ⁊ aia nō corrumpit̄. sed ex hoc nō concludit̄ ꝙ in hoie sint plura esse. sed sufficit ꝙ ad illud eē suppositum hoīs ⁊ aia nō comparent̄ eodē modo. Naȝ quia ab illo esse aia est inseparabilis. suppositum vō hoīs est separabile ideo aia est incorruptibilis. suppositūȝ vō corruptibile. ¶ Ad 13m dicendū: ꝙ a mā nō egredit̄ eē aliquod sine forma. ⁊ iō a mā ⁊ forma nō egrediunt̄ duo esse. sed vnū esse tm̄.

u **Undecimo queritur** Utrū possit creari esse sine essentia. ⁊ videt ꝙ sic: qꝛ sic se habet forma ad mām ita se habet eē ad essentiā: sed forma pōt creari sine mā ut apparet in substātijs separatis que sunt forme per se existētes. ergo ⁊ eē poterit creari sine eēntia. ¶ Pꝛ. plura pōt deꝰ facere q̄ noster intellectus pōt intelligere. Sed intellectꝰ noster pōt intelligere eē sine eēntia. g̊ deꝰ pōt facē. pꝓbatio assumpte. nā noster intellectus pōt itelligere priꝰ sine posteriori. sed eē est prius oībus alijs. iuxta illud qđ dicit in tertia ꝓpōne de causis. pma rerū creatarū est esse: ergo ⁊c̄. ¶ Pꝛ. qđ nō p̄supponit potētiā passiuam pōt ꝓducere actū sine potētia. sed deus nō presupponit potētiā passiuam. ergo pōt ꝓducere actum sine potētia. poterit ergo deus producere eē sine eēntia: qꝛ eēntia se habet ut potētia passiua ⁊ ut receptiua respectu eē. poterit ergo deus ꝓducere eē sine eēntia. sed nos dixi᷑us ꝙ deꝰ non possit. videmur ergo derogare diuine potētie ⁊ videmur dicere ꝙ actio diuina de necessitate presupponit passiuā potentiā qđ est incōueniēs. ¶ Pꝛ. sicut se habet ens apud aiā ꝙ causat ab aīa ad ipsam aīam. sic ut videt se hēt ꝙ causatur a deo ad ipsum deū. sed ens apud aiā pōt itelligi absq̄ eo ꝙ sit receptū in alio. sed sufficit ad hoc ꝙ sit ens apud aiā ⁊ ꝙ sit cāt̄ū ab aīa ꝙ hēat respectū ad aiā. nō opꝫ aūt ꝙ sit receptū in alio. ergo a sili ad hoc ꝙ aliq̄d sit creatū a deo sufficit ꝙ hēat respectū ad ipsum. nō opꝫ aūt ꝙ sit receptū in alio. esse igit qđ cābit a deo sufficit ꝙ depēdeat ab eo ⁊ ꝙ hēat respectū ad ipsum. nō opꝫ aūt ꝙ sit receptū in alio. ¶ Pꝛ. actus qui producit per trāsmutationē opꝫ ꝙ sit actus receptus in alio: qꝛ trāsmutatio fecit nos scire mām. ⁊ fecit nos cognoscere passiuā potētiam. sed creatio est sine trāsmutatione. ergo actus qui producitur per creationē nō opꝫ ꝙ recipiatur in potētia passiua. nec opꝫ ꝙ sit aliq̄d receptū in alio. poterit ergo deꝰ creare eē absq̄ eo ꝙ sit receptū in alio. ¶ Pꝛ. non minus depēdet accn̄s a sb̄o q̄ esse ab essentia. sed deus pōt facere accn̄a sine sb̄o. ergo ⁊c̄. ¶ Pꝛ. esse aīe rōnalis est ab extra. sed in hoīe ⁊ in qualibet re ut dicebat qđ precedēs nō est nisi vnū esse. in ꝓductione ergo hoīs ⁊ aīa ⁊ esse qđ est totius compositi producit a deo. sꝫ agens nāle aliq̄d ibi operat ⁊ aliq̄d producit. producet ergo essentiā sine eē. cū esse illud producat a deo. sed si agens nāle pōt ꝓducere eēntiam sine eē. multo magis deꝰ poterit ꝓducere eē sine eēntia. magis enī videt hēre de repugnātia ꝙ ꝓducat potētia sine actu ut eēntia sine eē. ꝙ producatur actus sine potētia. ut esse sine eēntia. ¶ Pꝛ. deus est agēs volūtariū ⁊ assimilat sibi suos effectus. ergo ꝓducit effectū sicut ipse est. sed ipse est ipsum eē nō receptū in alio. ergo poterit ꝓducere eē nō receptū in alio. ¶ Pꝛ. deus pōt qđ nō iplicat ꝯtradictionē. sꝫ ꝙ sit eē nō receptū in alio siue in eēntia nō implicat ꝯdictionē. cū hoc sit in ipso deo. igitur deꝰ poterit hoc facere. ¶ Pꝛ. eē nō depēdet ab eēntia ad hoc ut sit qꝛ cū eēntia hoc mō depēdet ab eē. sic esse isto mō depēderet ab eēntia. ibi eēt circulatio uel idē dependeret a seipso: qꝛ si esset depēdens ab eēntia ⁊ eēntia ab eē. ergo esse ab eē. poterit igit deus facere eē sine eē. cū eē ad sui eē nō indigeat eēntia: nec depēdeat ab ea. ¶ Pꝛ. sup factio nō est factio ⁊ factū nō est factū. fieri nō erit fieri. sꝫ factio eē nō est factio eē ~~mē~~: qꝛ hoc factū nō est illud factū. g̊ ⁊ fieri vniꝰ rei non erit fieri alteriꝰ ⁊ poterit vnū fieri sine alio fieri. ¶ Pꝛ. humanitas in christo ut multi dicunt est ibi sine ꝓprio eē. ergo deus in incarnādo verbum suū fecit eēntiam sine eē. ergo multo magis poterit facere eē sine eēntia: qꝛ maiorē actualitatē dicit esse q̄ eēntia. ¶ Pꝛ. mā fuit ꝓducta sine ꝓprio eē: qꝛ dicit fuisse ꝓducta in formis. ergo multo magis poterit ꝓducere eē sine eēntia ꝓpria. ¶ In ꝯtriū est: qꝛ eē est actus eēntie. sed si diffinitur actus in diffinitiōe eius ponet propriū susceptiuū. si ergo diffiniret eē in diffinitione eiꝰ poneret eēntia. de rōne igit vniꝰ eē est eēntia. sed deus nō potest facere aliquid sine eo ꝙ est de rōne eiꝰ. ergo ⁊c̄. ¶ Pꝛ. cuilibet forme materiali r̄ndet ꝓpria mā. ⁊ cuilibet eē creato ꝓpria eēntia. sed nō pōt fieri aliq̄d sine eo ꝙ est sibi ꝓpriū. ut nō posset produci hō ꝙ nō eēt risibilis. ⁊ nō posset ꝓduci triangulus qui nō hēret tres. ergo nō pōt produci eē sine ꝓpria eēntia. ¶ Pꝛ. vult augꝰ 8° de trini. c. 3. ꝙ deus per hoc est sūmū bonū: qꝛ nō est nisi bonū. ergo a sili per hoc hēt aliquid sūme eē: qꝛ nō est nisi esse. si ergo posset creari aliquid qđ nō eēt nisi eē illud hēret sūme esse qđ repugnat creature.

Respondeo dicendū: ꝙ anteq̄ soluamus ad q̄ōnem quesitam. Utrū s. possit creari eē sine eēntia. adducemꝰ quedā ad declarandū ꝙ eē ⁊ eēntia realiter differūt. videmꝰ enim in creaturis. sed q̄tum ad presens spectat que non possumus plene saluare nisi in eis differret eēntia ab eē. ¶ Primū est ꝙ ois eēntia cuiuslibet creature pōt itelligi cū opposito ipsius eē. ¶ Secundū est qꝛ quelibet eēntia creature participat eē ⁊ oē eē in creaturis est quid ꝑticipatū. ¶ Tertiū est ꝙ eēntia creature est q̄d per se in genere ⁊ determinata ad genꝰ. ¶ Quartū est qꝛ in creaturis reperit anologia entis. ¶ Quintū quia ois sub̄a creata participat aliquod accidēs. ¶ Sextū qꝛ ois creatura est aliquo mō mutabilis s̄ꝫ sub̄aꝫ. de p̄o ⁊ sexto habitū est supra. Nam nihil pōt intelligi cū opposito sui ipsius. quicq̄d ergo pōt intelligi cum opposito ~~alter~~ est realiter differens ab ipo. erit ergo essentia realiter differēs ab eē. ¶ Rursus ut dicebat oē mutabile ex quadā informitate formatur. eo ergo ipso ꝙ eēntia pōt acquirere eē ⁊ perdere eē. ⁊ mutari s̄m ~~se~~ intelligit eē aliquid informe respectu esse ⁊ intelligitur ꝙ eē sit perfectio ipsius essentie. ⁊ per ꝯn̄s intelligit ꝙ eē sit alia res ab essentia. Restat ergo de alijs quatuor diffusius ~~querere~~. ¶ Ostēdemus enī ꝙ creatura nō participaret eē. nec esse creature diceret ꝙ participat nisi eēt ibi differētia realis. Nā ois participatio uel est per modū potētie uel est per modū actus. ita ꝙ potētia ut potētia est suscipit ⁊ recipit ⁊ participat aliud. actus aūt ut actus est suscipitur recipitur ⁊ participat ab alio. hoc est. dicit enim participare quasi partē capere. qđ enī totū in seipso pmo habet nō participat illud. sed habet plenitudinē eius potētia ergo recipiēs actum dicit participare ipsum: qꝛ oē qđ recipit in aliquo recipit per modū rei recipiētis. ⁊ qꝛ potētia deficit ab actu nō potest recipere actū in sua plenitudine. ⁊ iō oꝫ participare ipsū: ut si eēt calor separatꝰ ⁊ calor in mā. calor ille separatꝰ eēt ~~fūdamētalis~~ calor ⁊ hēret in se oēm rōnem caloris. calor aūt in mā eēt participatus ⁊ diminutus iuxta capacitatē sui subiecti. ⁊ sicut potētia participat actum qꝛ nō ~~poterit~~ recipere actū s̄m suā totalem plenitudinē. sic actus in mā receptus dicit participatus: qꝛ nō recipit ibi s̄m suā totalē ~~actualitatē~~. hoc ergo modo eēntia participat eē. sicut potentia participat actū: qꝛ nō potest ipsum recipere s̄m suā totalitatē. ⁊ eē participat ab eēntia sicut actus participat a potētia: qꝛ nō

recipitur ibi ſm ſuam plenitudinez. ſic ergo dicemus de eſſe creature reſpectu eſſe diuini. ſicut diceremꝰ de calore in mā reſpectu caloris ſepati. nā calor in mā du pliciter dicit̄ calor participatꝰ. ¶ Primo ut comparat̄ ad ſuū ſbm. ¶ Secūdo ut cōparat̄ ad calorem ſeparatū ⁊ purū. reſpectu ſui ſubiecti eſt calor participatꝰ qꝛ eſt calor ſm partē receptus eo ꝙ ſbm ſuū nō pōt ipſum in ſui plenitudine recipere. ¶ Rurſus calor in mā nō ſolum dicit̄ eē quid participatū reſpectu ſui receptibilis: qꝛ in eo imperfecte recipit̄. ſed etiā dicit̄ eē qd participatū reſpectu caloris ſeparati. qꝛ qd̄ calor ſeparatus hēt pfecte ⁊ in quadā plenitudine: hēt calor in mā imperfecte ⁊ ſm participationē. ſed iſtā imperfectionē quā hēt calor in mā reſpectu caloris ſeparati ſumit̄ ⁊ ex impfectione quā hēt reſpectu ſuipſiꝰ ſubiecti. ut qꝛ calor in mā eſt calor aptus natus recipi ⁊ receptus: ideo eſt impfectus in ſe. ⁊ qꝛ eſt impfectꝰ in ſe erit impfectus reſpectu caloris ſeparati. ſꝫ ſi tollatur hoc ꝙ nō ſit impfectus in ſe ⁊ nō ſit aptꝰ natus recipi nō erit imperfectus reſpectu alterius. ſiquis ḡ diceret ꝙ calor iſte ſenſibilis nō eſt calor receptus in alio ⁊ tn̄ dicit̄ eē calor participatꝰ qꝛ eſt calor diminutus reſpectu caloris ſeparati. ſic dicens diceret repugnātia dictis. Nam calor ſenſibilis nō eēt calor diminutus reſpectu caloris ſeparati niſi eēt calor receptꝰ. Sic ⁊ in ꝓpoſito eē creature eſt eē diminutū qꝛ eſt eē receptū in creatura hēt dimiutū eē: qꝛ hēt aliqd aliō ꝙ eē. ſꝫ ſi eē creature nō eēt eē receptū nō eēt eē diminutū. actus enī nō dicit̄ eē qd diminutū nec qd ꝑticipatū niſi rōne potētie in qua recipit̄. vn̄ nō eſſet aliqs actus qui nō eſſet in potētia receptus nec eſſet aptus natus recipi. ille nō eſſet niſi actus: ac per hoc eēt infinitus actus ſm q̄ modū ut dicebatur ſupra in 8° de trini. c. 3. arguit augꝰ. deum eē infinitū bonū: qꝛ nō eſt niſi bonū. niſi ergo intelligamus ꝙ eſſe ſit aliqd in eſſentia receptū. tollimus ꝙ nō ſit quid participatū nec in ſe nec reſpectu alterꝰ. actui enim nō cōpetit limitatio niſi rōne potētie in qua recipit̄. nec dici pōt ꝙ iſta dr̄ia non ſit ſm rem: qꝛ ſi ex hoc ponimꝰ ꝙ eē creature eſt quidā diminutꝰ actus: qꝛ nō recipitur in potētia ſm ſuā plenitudinē. opꝫ ꝙ recipiēs ſit re differens a recepto. aliter enīꝫ nō reciperet ipm diminute. nō enī dicemus ꝙ idem ſeipſum diminute recipiat. ¶ Viſo quō non poſſumus ſaluare participationē in entibus niſi ponamus ꝙ eēntia ſit re differens ab eē. volumꝰ oñdere quō non poſſumus ſaluare in entibꝰ qꝛ ſint in genere ⁊ ꝙ determinent̄ ad genus: niſi ponamꝰ iſtud. Nam ſm cōmētatorē in 2° metaᶜᵉ. dr̄ia eſt inter genꝰ ⁊ mām: qꝛ mā dicit potentiā purā. genus vō dicit formā mediā inter potētiam ⁊ actū. quidditas ergo cuiuſlibet creature eoipſo ꝙ eſt in gn̄e per ſe dicit quid in potētia ad actū. ⁊ per ꝯn̄s qd in potentia ad eē. nō erit igit̄ eſſentia ipſum eē. iſto igit̄ modo intelligemꝰ res eē in genere ⁊ eē in diuerſis generibꝰ. ut qꝛ nulla eſt creata res que ſit ipm eē ſed eſt in potētia ad eſſe. ⁊ ſm ꝙ eſt apta nata magis ⁊ minꝰ recipere de eē ſic ꝯſtituit alium ⁊ alium gradum entis ⁊ ſic eſt in alio ⁊ alio genere. uel in alia ⁊ alia ſpecie entiſ. nec ualet qd̄ quidaꝫ obiciūt. ꝙ poſſum intelligere aliquid hēre de hoc ⁊ de illo ⁊ eē mediū inter hoc ⁊ illud abſqꝫ eo ꝙ ſit quid compoſitū ex hoc ⁊ illo. ut poſſuꝫ intelligere aerem eſſe grauē reſpectu ignis ⁊ leuē reſpectu aque abſqꝫ eo ꝙ ſit cōpoſitus ex igne ⁊ aqua. uel duabꝰ naturis ex graui ⁊ leui. ſed aer dicit mām vnā in qua aliquo mō reſeruat̄ grauitas ⁊ leuitas. ſic forte diceret aliquis: ꝙ creatura dicit reꝫ vnā in qua aliquo modo reſeruat̄ potētia ⁊ actus. ut ſba angeli eſt potentia ⁊ eſt actus. ſicut potentia reſpectu cauſe pme eſt actus reſpectu rerū corporaliū. non tn̄ opꝫ ꝙ in angelo ſint due res. quaꝝ vna dicat̄ potētia ut eēntia. ⁊ alia dicat̄ actus ut eē. ſꝫ vna ⁊ eadē res erūt eēntia ⁊ eē. ⁊ dicet̄ potētia ⁊ actus nō reſpectu eiuſdē ſed diuerſoꝝ. ſꝫ talis intellectū nō quietat. Nam ut proſequamur extra propoſita ⁊ ex illis eiſdē ex quibꝰ fit rō in oppoſituꝫ faciamus rōnem ad ꝓpoſitū. dicemꝰ ꝙ generās q̄tuꝫ dat rei de forma tantū dat ei de eē loco: ⁊ ide eſt ꝙ qꝛ vnū elemētū eſt mālius: aliud vō formalius. mālior elemēta ſunt que hn̄t minus de forma hn̄t minus de loco ⁊ debet̄ eis iferior locus. ſꝫ elemēta formaliora qꝛ plus hn̄t de forma plus hn̄t de loco ⁊ debet̄ eis ſuperior locus ut apparet in igne ⁊ terra. nam terre ꝑꝑ ſuā materialitatē non ſolū debet̄ locus ifimus. ⁊ igni propter ſuaꝫ formalitatē ſupremus. ſed ēt qꝛ terra inter elemēta eſt magis mālis hēt de loco ualde modicuꝫ. ⁊ ignis qꝛ ualde formalis ualde multū. Naꝫ tātū de mā q̄ta eſt ſub vno pugillo terre eſt ſub mille pugillis ignis. ⁊ inde eſt ꝑpter maiorē mālitatem ⁊ formalitatē in elementis. quedā ſunt magis leuia ⁊ magis rara ⁊ occupāt multū de loco. quedā magis grauia ⁊ magis depreſſa ⁊ occupāt parū de loco. quedā aūt ſunt media inter ea. poſſet aūt ⁊ hēre aliū intellectū pter id qd̄ diximus. ꝙ generans q̄tum dat rei de forma tātum dat ſibi de loco. ſed prout ad ꝓpoſitum ſpectat ſufficiat expoſitio tacta. diximus ḡ ꝙ niſi eēnt elementa aliqua magis mālia: aliqua magis formalia non eēt dare cām qꝛ aliqua eēnt magis grauia: aliqua magis leuia: ⁊ aliqua media inter ea: nec eēt dare cāꝫ qꝛ aliqua hērent hunc ſitum aliqua illū ſitum. magis aūt mālia ⁊ magis formalia nō poſſunt eſſe elemēta niſi ſint cōpoſita ex mā ⁊ forma ⁊ niſi differat in eis realiter mā ⁊ forma. ad hoc ergo ꝙ aer ſit medio mō grauis ⁊ medio mō leuis inter ignē ⁊ aquā nō opꝫ ꝙ ſit compoſitꝰ ex igne ⁊ aqua. ſed opꝫ ꝙ ſit cōpoſitus ex mā ⁊ forma per quā cōpoſitionē ſaluare poterimꝰ ꝙ ſit mālior igne quo eſt minus leuis. ⁊ formalior aq̄ quā eſt minus grauis: ⁊ niſi aer eſſet ſic compoſitꝰ ex mā ⁊ forma ⁊ niſi differret in eo realiter mā a forma non poſſemus dare cām q̄re ſic determiarent̄ ad hūc gradū mediū inter ignem ⁊ aquā. ſic ⁊ in ꝓpoſito. angelus eſt quī mediū inter nām diuinā ⁊ nām corporalem. eſt enim angelus qd corporale actuale reſpectu cuiuſlibet corporis ⁊ quid potētiale reſpectu dei. nec tn̄ opꝫ ad hoc ꝙ angelus teneat hunc graduꝫ ⁊ hunc ordinem in genere entiū inter deū ⁊ corpus ꝙ ſit cōpoſitus ex deo ⁊ corpore. opꝫ tn̄ ꝙ ſit compoſitus ex potētia ⁊ actu ⁊ ꝙ in eo differant realiter potentia ⁊ actus. rōne cuiꝰ compōnis ⁊ rōne cuiꝰ dr̄e poteſt eſſe potētialior vno: actualior aūt alio. nec fiat vis in vbo cum dicimus ꝙ aer reſpectu ignis eſt grauior: qꝛ per hoc nō intendimꝰ ꝙ ignis ſit grauis. ſed ꝙ aer deficit a leuitate ignis. uel cuꝫ dicimꝰ ꝙ angelus eſt potētialior deo. per hoc non intendimꝰ ꝙ deus ſit quid in potentia qui eſt actus purus. ſed ꝙ angelus ꝑpter potētialitatē quā hēt admixtaꝫ deficit ab actualitate dei. Redeamꝰ ergo ad ꝓpoſitū ⁊ dicamꝰ ꝙ niſi generās in elemētis caret formā in mā. ⁊ niſi elementum eſſet realiter cōpoſitū ex mā ⁊ forma nō eſſet vnū elementum mālius alio. ſed quodlibet elemētoꝝ eēt ipſa forma. ſic niſi deus pducens q̄libet creaturā caret actuꝫ in potētia. ⁊ niſi quelibet creatura eēt realiter cōpoſita ex potētia ⁊ actu. nō eēt vna creatura potētialior alia ſed quelibet eēt actus. quo poſito tolleret̄ ordo

non fundatur in quocūqꝫ motu. sed solū in motu pri-
mo. sic nūc nō fundatur in quibuscūqꝫ mutatis esse sꝫ
solum in mutatis esse reperiuntur in motu primo. ꝛ
nunc qḋ mensurat mobile solum fundat̄ in mobili pri
mo. dicemus enī: ꝙ tempus solum fundatur in motu
primo ꝛ per illum motū mensurat oēs alios motus.
sic nunc que mensurant ipsa mutata esse solum funda
tur in mutatis esse que reperiuntur in primo motu ꝛ

per illa mutata esse mensurat alia mutata esse. ⁊ nunc qd̄ mensurat mobile solum fundatur in mobili primo ⁊ per illud mobile mensurat alia mobilia subiecta illi mobili. Si enim essent aliqua mobilia nō subiecta celo non reduceretur in mensuram celestem. ⁊ si sunt aliqua mutata esse non subiecta celestibus mutatis esse nō mēsurabuntur mēsura qua mensurantur illa mutata esse. sic etiam ⁊ de motu dicendum. nam si est aliquis motus non habens ordinem ad celum uel ad motū celi. non mensurabitur tempore qd̄ fundatur in motu celi. tempus itaqꝫ solū est in primo motu ⁊ nunc que mensurant mutata esse solum sunt in primis mutatis esse. ⁊ nunc qd̄ mēsurat mobile solum in primo mobili. in alijs autem motibus secundis non fundat tempus sed quando. ⁊ in alijs mutatis esse potest dici fundari nunc ipsius quando. ⁊ etiam in alijs mobilib' potest dici fundari ipsius quando: habebit enim ipsum quando duo genera nunc sicut ⁊ ipse tempus. nam sicut in tempore sunt quedam nunc que non manent ſm rem ut illa que fundantur in mutatis esse: ⁊ quedam que manent idē ſm rem ut illud qd̄ fundatur in substantia mobilis. sic ⁊ in ipso quando possumus talia nunc distinguere. ¶ Ex hijs autem dictis aliqualiter habetur via ad inuestigādū propositā questionē. nam si ipse operationes angelorum se habēt sicut motus: ita ꝙ quelibet operatio sit quidā motus. tunc successio operationū ut dicebatur erit successio motuū. hoc enim posito nihil esset aliud operationem succedere operationi ꝙ motum succedere motui. ⁊ quia tēpus est idē cum motu in quo fundatur. sic hac ypothesi stante motus ibi semper componeretur ex motibus sicut tempus qd̄ mensuraret talem motū semper cōponeretur ex temporibus. sed si ille operationes habent rationē mutatoꝝ esse: ita ꝙ quelibet operatio sit quasi quoddam mutatum esse: uel assimiletur ipsi mutato esse. sic successio operationum: uel erit aliud ꝙ successio mutatorum esse. motus ergo ille componeretur ex mutatis esse. si enim hoc est angelum moueri ꝙ in eo operationem succedat operationi ex quo quelibet operatio est quoddā mutatum esse nihil erit aliud angelū moueri nisi ꝙ vni mutato esse succedat aliud mutatū esse. ⁊ quia ipsa mutata esse in motu in quo fundatur tempus sunt idem realiter ꝙ ipsa instantia. sicut motus est idem realiter ꝙ tempus. si motus ille est compositus ex mutatis esse. oportet ꝙ tempus mensurans talem motum sit compositum ex instantibus. sed equiuocatur in ipsis instantibus quia instans qd̄ est de compositione talis tēporis non est idem ꝙ instans qd̄ fundatur in substātia mobilis ⁊ qd̄ est idē ꝙ mobile. sed est instās qd̄ fundatur in mutato esse ⁊ qd̄ est idem ꝙ mutatum esse. ¶ Uiso que sunt in istis inferioribus pertinentia ad mensuram temporalem ⁊ que mensurant tempore ⁊ que instanti temporis: qꝛ motus ⁊ quies mensurantur tempore mobile ⁊ mutatum esse instanti. lꝫ non eodem instanti. uolumus ista adaptare ad angelos uel ad angelorum operationes. quia ut potest patere per habita hec est via inuestigādi propositum. dicemus enim ꝙ operatio angeli ut est intellectio non est ipsum mobile. quia mobile dicit aliquid per se existens. loquendo de mobili per se. operatio autem dicit aliquid in alio ut separance: ⁊ potissime operatio de qua loquimur que est accidens. cui ex natura propria non cōpetit per se esse. Rursus hu' operatio angeli non potest dici motus: quia nō est motus sine successiōe. hoc eni est moueri de vno in aliud tendere. In vna autem ⁊ eadē operatione angeli nō cadit successio. cū enim intelligere angeli sit quid simplex. vna ⁊ eadem intellectio non potest habere partem post partem. sed est tota simul. sic etiam operatio angeli non potest dici quies. repugnat enim hoc ipsi dicto ꝙ operatio dicatur quiescere. loquendo de quiete que habet rationem priuationis. Possumus etiā ⁊ aliam rationem assignare. quare operatio angeli non meretur dici quies: quia hoc est quiescere eodem modo se habere nunc ut prius. nō est ergo dare quietem ut hic de quiete loquimur ubi non est dare duo nunc vnum se habens ut prius: aliud ut posterius. ideo in vna ⁊ eadem operatione angeli non est assignare nūc prius ⁊ nunc posterius. non proprie quies. imo qꝛ ques est priuatio motus ⁊ priuatio ⁊ habitus sunt apta nata fieri circa idem. in vna ⁊ eadem operatione angeli ubi non proprie potest esse motus nō poterit proprie esse quies. hinc est qd̄ philosophus in 8° phisi. pbat ꝙ in nunc temporis non potest esse quies. quia in hu' nunc non potest esse motus. Dicemus ergo ꝙ motus habet successionem in seipso: ideo per se mensuratur mensura successiua. quies autē ſm ꝙ hu' non habet successionem in seipsa. quia succedere est aliter se habere nunc ⁊ prius. quiescere autem est se habere eodē modo. igitur quies in seipsa non habet successionem. mensuratur eūꝫ tempore per accidens. quia esse quiescens ſm istum nature cursum quē videmus est subiectum corpori continue moto in se actu successionem habenti angelus autē non est subiectus alicui rei cōtinue mote. ideo non est in eo proprie quies que opponitur motui etiā que tempore mensuratur. operatio itaqꝫ angeli nec est ipsum mobile nec debet dici mot' nec quies. potest tamen appellari quoddam mutatū esse. nam cum angelus incipit intelligere qd̄ prius nō itelligebat facta est nouitas in eo ⁊ mutatio propter quod ipsa operatio angeli in qua non habet esse stabile: ⁊ quā angelus de nouo acquirit quedā mutatio dici potest: attamen illa mutatio non est eiusdē rationis ut in precedenti questione dicebatur cū istis mutationibus: quia iste mutationes semp sunt terminus motus. naꝫ in istis inferioribus loquendo ſm nature cursum. quicquid est in aliqua dispositione nūc in qua prius non erat nisi per motum precedentem. ut declarari hēt in 8° phisi. rationes enim imposite probātes eternitatem mundi lꝫ sint simpliciter false uel lꝫ sint false relate ad primam causam: quia potest deus facere aliquod nouum absqꝫ motu precedente. uerūtamen sunt ſm nature cursum. nam in istis corporalib' ubi proprie est motus ⁊ mutatio ex principijs nature ſm nature cursū nihil est in aliqua dispositiōe in qua prius non fuit nisi per motum precedentem. exemplificamus enim de illuminatione aeris. ut si hec pars aeris illuminatur a sole que prius erat obtenebrata. hoc est quia sol accessit ad hanc partē emisperij: propter qd̄ potest illuminare hanc partem aeris quā prius illuminare non poterat. uel hoc est qꝛ nubes tegebant solem que a sole fugate permiserunt solem perdere lumen suum. quocūqꝫ enim modo hoc naturaliter contingat dicemus hoc fieri per precedentē motum. sed si in potestate solis esset suū lumen effundere uel trahere illuminaretur aer ⁊ postea obtenebraretur ⁊ posset etiam iterum illuminari ut supra innuebatur absqꝫ precedente motu loquendo de motu proprie dicto. Illuminatio ergo aeris ſm hanc ypothesiꝫ esset quedam immutatio dependens ex uoluntate solis. quā mutationē nō precedebat aliquis motus proprie dictus. ⁊ si in sole habet calumnia: in angelis aūt

de qb⁹ est questio qd dictū est calūniari nō pōt.imagi
nabimur eni ꝙ in ptāte angeli est ꝓm suā uolūtatē cō
uertē se sup hāc spēz uł sup illā ꝛ causare in suo itelle
ctu hāc itellectionē uł illā.put igit angelus acqrit ali
quā nouā itellectionē fcā est in ipo mutatio quā nō p-
cessit mot⁹ ꝑ dict⁹.nā uolūtas angeli nō depēdet ex
motu celi.nec itelligē eius depēdet ex tali motu.ideo
in angelo nō hēt calūniā.ꝙ nouitates que fiūt in ipo
nō fiunt ex motu pcedēte ꝑ sumpto.in sole aūt qꝛ est
qd corporeū dato ꝙ hēret liberū arbitriū.nō eēt icō
ueniēs ꝙ idirecte hēret aliquā depēdētiā ad motū ce
li sicut ꝛ in nobis ipsis.qꝛ corp⁹ nrm est sbditū illi mo
tui aīa que ut plurimū seqtur cōplexionē corpis idi-
recte ꝓm opationē suā hēt aliquā depēdētiā ad illuz
motū.ꝙ mot⁹ ille directe ifluat in aīaz:nec in liberuz
arbitriū:nec ꝙ possit ipsuz cogē uel necessitare.sed qꝛ
influit in corpus ꝛ disponit ipsum quas dispositiones
plurimi hominum sequuntur.faciunt enim talia non
necessitate sed quadam inclinatione ꝛ pronitate:im-
mo qui ex complexione est uenereus: si per ratio-
nem ꝛ liberum arbitrium assuescat in contrarium fa
cilius continebit: ꝙ qui est complexione castus si sit
ad uenerea assuetus. ❡ Redeamus ergo ad propo-
situm ꝛ dicamus.ꝙ angelum acquirere nouas intelle
ctiones est habere in se mutationes que non sunt pro
prie terminus motuum.nec sunt ex motu preceden-
te proprie sumpto.ꝛ quia de ratione mutationis est ꝙ
mensuret istāti.qlibet talis opatio ꝛ qlibet talis mu-
tatio istāti mēsurat.Dicemus eni ꝙ vna ꝛ eadē itelle
ctio angeli pōt dici actio.passio.qlitas.mutatio.ꝛ in-
stās.Imaginantur eni ꝙ esse qd mouetur ab alio mo
uetur ut declarari habet in 7° phisi.ꝛ si aliquid mo-
uetur ex se.ꝛ si aliquid seipsum mouet.hoc est quia
est diuisibile in aliqua duo quoꝝ vnuz est per se mo
uens ꝛ aliud per se motū.ut si animal mouetur ex se.
hoc est qꝛ est diuisibile in animam ꝛ corpus.ꝛ anima
est per se mouēs ꝛ corpus per se motū.Similiter au
tem si angelus mouetur ex se.ut si angelus mouet se-
ipsum ad intelligendum:uel ad uolendum:hoc est qꝛ
est diuisibilis in aliqua duo: quorum vnum se habet
ut mouens.aliud ut motum.habet eni angelus duas
potentias.intellectum ꝛ uoluntatem.Potentia enim
ipsius substantie spiritualis potest dici pars potentia
lis eius.ꝓm quē modū loquitur philosophus in ter-
tio de aīa.dicēs de parte aūt aīe qua cognoscit ꝛ sapit
nīa.itellectū eni per quē aīa cognoscit uocat ptē eius
nō eēntialē sed potētialē.hꝰ aūt ptes hēt angelus.qꝛ
hēt plures potētias.ꝛ per vnā ptē causat motionē in
alia:ut per itellectū mouet se ad uolēdū.per uolūta-
tē mouet se ad intelligendū.uoluntas eni ꝯuertens se
sup spēm intelligibilē causat intellectionē in itellectu
ꝛ intellectus apprehēdens aliquid sub ratione boni
causat affectionē in uoluntate.nā bonū apprehensum
uel qd idē est ꝙ apprehēsum sub ratione boni est mo
tiuū uolūtatis.ut declarari habet in tertio de anima.
uoluntas enim mouet seipsam ꝛ nō mouet seipsaz.ut
declarauimus in nostro tertio quodlibet.mouet eniz
seipsam determinando non actiuando.actiuat eni uo
luntas uel causat in uolūtate sua affectio ꝛ suus act⁹
siue sua actiuatio a bono apprehēso.attū ut hoc fiat.
❡ Uolūtas seipsaz determiat:ꝛ nisi seipsaz determi
naret bonū apprehēsum non posset ipsam actiuare.ꝛ
potissime ueritatem habet cum bonum apprehensuz
non apprehendat sub ratione ultimi finis.qꝛ respe-
ctu ultimi finis ꝓm ꝙ hꝰ uoluntas se non determi-
nat.sed necessitatur a tali bono.bonū eni sub hac ra-

tione apprehensum necessitat uolūtatē:ut non possit
uoluntas uelle esse beata.ut vult aug⁹ in pluribus lo
cis in 13° de trini.igit cum apprehēdere pertineat ad
vim cognitiuā eo modo quo bonuz apprehensum est
motiuū uolūtatis.vis cognitiua angeli siue itellectus
ciua est uoluntatis motiuus ꝛ causat affectionem in
ipsa.bene itaqꝫ dictum est ꝙ angelus ꝓm vnaz poten
tiam mouet seipsum ad actū alterius potentie.ut per
uoluntatez mouet se ad intelligendū.ꝛ per intellectū
ad uolendum.uoluntas enim conuertēs se super spe-
ciem intelligibilez causat intellectionē in intellectu.ꝛ
intellectus apprehēdens aliqd sub rōne boni potest
causare uolitiones in uoluntate.ipsa ergo intellectio
ut est a uolūtate conuertente se super speciem intelli-
gibilē est quedā actio ꝛ eadē intellectio ut recipit in
intellectu loquendo large de passione est quedā pas-
sio.ut autez est quedā perfectio itellectiua uel ut est
quedā perfectio qualificans potentiaz intellectiuam
ꝛ disponens ꝛ perficiens ipsam est quedam qualitas.
sed prout est de nouo acquisita est quedā mutatio.p-
ut vo habet ordinē ad intellectionē priorē uel poste-
riorem habet rationē instantis: ꝛ est qddaz instās.nā
sicut tēpus ut diximus materialiter ꝛ realiter est idez
ꝙ motus.qꝛ eadē res ut est actus primi mobilis dicit
motus ꝛ ut est numerus prioris ꝛ posterioris dicitur
tempus.sic eadē operatio in angelo ut est de nouo ac
quisita dicitur quedam mutatio.prout vo habet ordi
nem ad operationem priorem uel posteriorem uel p-
ut ponit in nūm cū opatione priori uel posteriori dici
tur instās.ipse ergo mot⁹ nūatus:est tps ꝛ ipsa mutata
numerata sunt instantia.sed motus numeratus nō est
tēpus nisi sit motus nō depēdēs ex alio motu.sic mu
tata esse numerata nō sunt instātia nisi sint talia muta
ta esse que nō depēdent ex mutatis esse existentib⁹ in
alio.ideo motus primi mobilis ut est numerat⁹ est tē-
pus qꝛ ille motus nō depēdet ex alio motu.ꝛ mutata
esse illius motus nūēt sunt numerata possunt dici instā
tia qꝛ nō depēdent ex mutatis esse exūtētib⁹ in alio.
opatiōes ergo angelice ut sunt numerate habebūt ra
tionē instantiū.qꝛ hꝰ opationes directe ꝛ simpliciter
nō depēdēt ex opationib⁹ in alio uel in aliqua creatu
ra existentib⁹.potest eni vnus angelus cooparí aliqd
ad intellectionē alterius.vnde dicit ipsuz illuminare.
sed hoc est solū determinādo intellectū eius.nō autē
directe causando aliud in ipso.ut supra in questionib⁹
de cognitione angeloꝝ diffusius diximus.ꝙ ergo mo
tus angeli uel tps aliqd resultat ex tali motu.nihil est
aliud ꝙ̄ successio opationū cū ille opatiōes sint que-
dā mutationes ꝛ quedā instātia tēpus illud nihil erit
aliud ꝙ̄ successio instantiū.bene ergo dictū est tps il-
lud ex instātibus esse cōpositū. ❡ Aduertenduz ta-
men ꝙ instans qd est idē ꝙ mutatuz esse differt reali-
ter ab instāti qd idē est ꝙ substātia primi mobilis.pos
sumus aūt hꝰ differētiā assignare in tribus.quarum
vna est qꝛ instans qd est idē ꝙ substātia pimi mobilis
manet idē ꝓm rē in toto motu siue in toto tpe.sꝫ istās
qd est idē ꝙ mutatū esse etiā ꝓm rē nō manet idē.naz
cū in quolibet motu sit realiter multa mutata esse ꝓꝫ
aliud ꝛ aliud mutatuz esse.opꝫ ꝙ sit aliud ꝛ aliud in-
stans.sed nō sic est de mobili.nā in vno ꝛ eodē motu
quātūcūqꝫ duret ille motus non potest vnqꝫ esse nisi
vnū mobile.cū eni motus sit actus mobilis ꝛ vnus ꝛ
idem actus numero siue sit substātialis siue accñtalis
nō possit esse in diuersis substantijs.opꝫ ꝙ ad vnitatez
motus requirat vnitas mobilis.instās itaqꝫ qd est idē
ꝙ substātia mobilis erit vnū ꝛ idē ꝓm rē in toto mo-

tu. ſicut in toto motu eſt vnum ⁊ idem mobile. differt tamen hoc inſtans ſm rationẽ. qꝛ imobile ſm aliaʒ rationẽ ꝯſideraṫ prout eſt in hoc loco ⁊ prout eſt in alio ideo dicitur in 4° phiſi. ꝙ coriſcus eſt alter ꝓut eſt in theatro ⁊ in foro. ¶ Secũda differentia eſt inter hoc inſtans ⁊ illud: qꝛ vnum ſe habet ut cauſa ⁊ aliud ut cauſatũ. naʒ inſtans qḋ eſt ideʒ ꝙ mutatũ eſſe fluit ⁊ cauſaṫ ab inſtãti qḋ eſt idẽ ꝙ ſubſtantia primi mobilis. qꝛ ipa mutata eſſe. ⁊ etiã ipſe motus cauſaṫ ab hꝰ ſubſtantia. materia enĩ ſubiecta cũ forma eſt cauſa omnium accidẽtiũ que fiunt in ea. lʒ cnim celum moueaṫ ab intelligentia. attamen qꝛ mouetur: ut eſt aptum natum moueri. motus ille relatus ad celum poteſt dici quid naturale. igiṫ natura celi ⁊ ſubſtãtia eius hẽt rationem cauſe reſpectu illius motus ⁊ reſpectu mutatorũ eſſe. que ſunt in illo motu. ⁊ ſicut ſubſtantia celi eſt cauſa mutatorũ eſſe que ſunt in celo. ſic ſubſtantia angeli ĩmo multomagis eſt cauſa mutatoruʒ eſſe que ſunt in angelo. Nã uarietas ĩtellectionũ ⁊ affectionũ ſm quas accipimus in angelo mutata eſſe cauſatur in angelo ab ipſo angelo. mouet enim angelus ſeipſum ad intelligendũ hoc poſt hoc ⁊ ad uolendũ vnũ poſt aliud. ꝙ quõ ꝯtingat eſt per habita manifeſtuʒ. Non eni hoc eſt ꝙ bene ⁊ idẽ ſm idẽ ſeipſum moueat. ſed vnus ⁊ idẽ angelus ſm vnã potẽtiã mouet ſeipſm ad actũ alterius potentie. ut uolũtate mouet ſeipſum ad intelligẽdũ. ⁊ per intellectũ mouet ſe ad uolẽdũ. ꝙ ſi ꝯcedimus ꝙ per uoluntatẽ ſe moueat ad uolẽduʒ. ut ꝙ uolũtas ſeipſam moueat hoc non erit de motu de quo hic loquimur qui eſt actꝰ mobilis eo ꝙ uolũtas nõ moueat ſeipſaʒ per ſe ⁊ immediate actiuãdo ſʒ determinãdo. Redeamus igiṫ ⁊ dicamuſ ꝙ ſubſtãtia angeli magis eſt cauſa mutatorũ eſſe que ſunt in angelo ꝙ̃ ſubſtãtie celi mutatoꝝ eſſe que ſunt in celo. qꝛ magis eſt ucrũ ꝙ angelus ſeipſum moueat ꝙ̃ ꝙ celũ. motus eni qui cõpetit angelo magis reduciṫ in angelũ ⁊ in ſbãm eius tanꝗ̃ in ꝓpriã cauſam. nã ꝑncipalis cauſa mutatoruʒ eſſe que ſunt in angelo eſt ipſe angelus. mutatorũ aũt eſſe que ſunt in celo ꝑncipalis cauſa eſt ĩtelligẽtia moueſ celũ. inſtãs ḡ qḋ eſt idẽ ꝙ mutatũ eẽ cauſaṫ ab iſtãti, ꝙ eẽ cauſaṫ ab hꝰ ſba. rõnẽ aũt hꝰ cãlitatis ut dicebamus principalius obtinet ſubſtantia angeli reſpectu mutatorũ eſſe que ſunt in ea ꝙ̃ ſba celi reſpectu mutatorũ eſſe que ſunt in ipa. ¶ Tertia differẽtia inter hoc inſtãʒ ⁊ illud eſt. ꝙ inſtãs qḋ eſt quid mutatũ eſt in eodẽ genere cũ tpe cuius eſt inſtãs. ſʒ inſtãs qḋ eſt idẽ ꝙ ſba mobilis nõ eſt in eodẽ genere cũ tpe cuius diciṫ eſſe inſtãs. cũ eni mutatũ eſſe ſit terminus ipſius motus oportet ipſum mutatũ eſſe in eodẽ genere cũ ipſo motu. Dicimus aũt ~~illis~~ ꝓprium motuʒ nã motus localis ſolis tanꝗ̃ ad ꝓpriũ terminũ terminaṫ ad mutatũ eſſe in loco qḋ eſt ~~in eodeʒ loco ꝙ eſt~~ in eodẽ genere cũ ipſo motu locali. ex ꝯſequẽti tñ poteſt terminari hꝰ motꝰ ad illuminationeʒ aeris qꝛ ſol acquirẽs aliqḋ nouũ mutatũ eſſe qḋ ꝑus nõ habebat illuminabit aliquã ptẽ aeris quã ꝑuʒ non illuminabat. hꝰ aũt illuminatio nõ erit in eodẽ genere cũ motu locali qꝛ nõ eſt ꝓprius eius terminus. mutatũ itaqꝫ eſſe reſpectu ꝓpꝛij motus eſt in eodẽ genere cum ipſo motu in quo fundaṫ ⁊ inſtans qḋ eſt idem ꝙ mutatũ eſſe erit in eodẽ genere cuʒ ipſo tpe: habebit eni ſe hꝰ inſtans ad ſuũ tps ſicut mutatũ eſſe ad ſuũ motuʒ. propter qḋ erit in eodẽ genere cũ ſuo tpe ſicut mutatũ eſſe cum ſuo motu. nec ualeret qui cauillaret ꝙ tẽpuſ non eſt in eodẽ genere cũ motu qꝛ tps eſt in genere quãtitatis ut patet per pħm in predicamẽtis. motus autez

localis eſt in predicamẽto ubi. patet per eũdem circa principiũ tertij phiſi. qꝛ lʒ ꝓpter aliã ⁊ aliã habitudinem. uel ꝓpter aliã ⁊ aliã rationẽ formalẽ tps noſtrũ poſſit collocari in alio ꝑdicamento ꝙ̃ motus localis in quo fundaṫ iſtãs. tñ qḋ eſt idẽ ꝙ mutatũ eſſe nõ collocabitur in alio ꝑdicamẽto ꝙ̃ ſuũ tps ſicut nec mutatũ eſſe collocaṫ in alio ꝑdicamẽto ꝙ̃ ſuus motus. qꝛ inſtãs qḋ eſt idẽ ꝙ mutatũ eſſe hẽt habitudinẽ quandam ad illã formalẽ rationẽ vnde ſumiṫ ratio formalis tpis ꝓpter qḋ collocaṫ in eodẽ predicamẽto cum ſuo tpe ſicut ⁊ mutatũ eſſe ꝓpter habitudinẽ quã hẽt ad illud vnde formaliter ſumiṫ ratio motus collocaṫ in eodẽ predicamẽto cũ ſuo motu. uel poſſemus dicere ꝙ quãtũ ad ꝓpoſitum ſpectat nulla eſt hic cauillatio. qꝛ lʒ motus celi in quo fundaṫ tps noſtruʒ poſſit dici nõ eẽ in eodẽ predicamẽto cũ hꝰ tpe. motꝰ tñ ſʒ ſucceſſionẽ opationũ angeloꝝ ut in ſeqñti qõne patebit eſt in eodẽ genere cũ tpe qḋ fundaṫ in tali motu. ⁊ qꝛ ꝑſentẽ queſtionẽ ſuſcipimus ꝓpter tps qḋ mẽſurat operationes angelicas. bene dictuʒ eſt, ꝙ inſtãs qḋ eſt idẽ ꝙ mutata eſſe in ipſis angelis eſt in eodeʒ genere cũ ſuo tpe ⁊ etiã cũ ipſo mutato eſſe in quo fundaṫ: ſicut ⁊ illud tps eſt in eodẽ genere cuʒ ſuo motu in quo exiſtit. poſſet ⁊ tertio mõ rñderi qꝛ ⁊ tps noſtrũ ut in ſequẽti qõne patebit eſt ſm ~~aliqñ~~ moduʒ accipiẽdi in eodẽ predicamẽto cũ motu in quo fundaṫ. nã idẽ pħs qui in ꝑdicamẽtis collocaṫ tps in genere quãtitatis. ⁊ in tertio phiſi. collocaṫ motũ in genere ubi in 5° metaphi. caꝰ de quãtitate. tã tps ꝙ̃ motum in quo fundatur collocat in genere quãtitatis. cõgrue itaqꝫ dici poteſt ꝙ inſtãs qḋ eſt idẽ ꝙ mutatũ eſſe eſt in eodẽ genere cũ ſuo tpe. ſʒ iſtãs qḋ eſt idẽ ꝙ ſba rei mobilis non eſt in eodẽ ꝑdicamẽto cũ tpe qꝛ nunꝗ̃ põt ptinẽ ad ꝑdicamẽtũ ſbe cũ ſit accñs ⁊ cũ ſit idẽ realiṫ ꝙ motus res eni que eſt accñs nunꝗ̃ in ꝑdicamẽto ſbe collocaṫ. ſic res que eſt ſba nunꝗ̃ collocari põt in predicamẽto aliquo accñtis qꝛ ut qḋ ve eſt nulli accidit ut dẽ in p° phiſi. iſtãs ergo qḋ eſt idẽ ꝙ ſba rei mobilis eſt in ꝑdicamẽto ſbe nec ptinẽ poterit ad ꝑdicamẽtũ in quo eſt tps. cũ tps ptineat ad ꝑdicamẽtũ accñtis. ꝙ ſi dicaṫ ꝙ ẽt iſtãs qḋ eſt idẽ ꝙ ſba mobilis hẽt aliquã habitudinẽ ad formalẽ rõnẽ tpis. dicemus ꝙ tale iſtãs ꝓpt talẽ hitudinẽ nõ collocabit in ꝑdicamẽto aliquo accidẽtali uel in ꝑdicamẽto in quo eſt tps. qꝛ ut ſupra diximus in qõne ꝑdicamẽtoꝝ nulla hitudo aduenieẽs ſbe facit illud qḋ eſt ſba eẽ illud qḋ eſt in ꝑdicamẽto ſbe in alio ꝑdicamẽto: ut ſi reſpectꝰ aliqs fundaṫ imediate in ipſa ſba erit ille reſpectꝰ relatio ſm dici nec trahet rẽ que eſt ſba ad aliud ꝑdicamẽtũ. nã ſi ꝯuenient aſſignenṫ relatiua nulla ſba diceṫ ad aliqd nec erit aliqua ſba relatiua ſm eſſe ſed ſolũ ſm dici ut ſatiſ patẽ põt ex predicamentis. ¶ Aſſignauimus ergo tres dñas īter iſtãs qḋ eſt idẽ ꝙ ſba mobilis ⁊ iſtãs qḋ eſt idẽ ꝙ mutatũ eẽ. uolumuſ aũt nũc exeqͥ qḋ ſupra tetigimuſ. videlʒ ꝙ magis ꝓpe debeat dici nũc uel iſtãs. an illud qḋ eſt idẽ ꝙ mutatũ eẽ uel potius id qḋ eſt idẽ ꝙ ſba rei mobilis. Declarabimꝰ eni tripli͛ ꝙ magis ꝓpe meretur dici nũc ⁊ iſtãs illud qḋ eſt idẽ ꝙ ſba rei mobilis. Pria via ſumeṫ ex fluxibilitate tpis. 2a aũt ex ꝯtinuitate eiꝰ. Tertia ex entitate ipſius. ¶ Pria via ſic pʒ itelligimꝰ eni ꝙ tps maĩt ſit idẽ ꝙ motꝰ. ⁊ qꝛ motꝰ eſt qdã fluxus ꝯñs eſt qḋ ⁊ ipʒ tps ſit qdã fluxuſ. qͣlis aũt ſit fluxus declarat Boetiꝰ in liͦ de tri. dicẽs ꝙ noſtrũ nũc qͣſi currẽs ⁊ fluẽs cauſat tps. ſicut nũc ſtãs cauſat eternitatẽ. hoc ergo mõ tps habet fluxibilitatẽ qꝛ eſt fluxus ipſius nunc. uel quia cauſatur ex nũc fluente:

currente. illud ergo proprie ⁊ principaliter dicet nunc ꝙ fluens uel currens causat tempus. sed constat ꝙ ipsum mutatum esse non currit: quia motus non mouetur ⁊ mutatio non mutatur. motus enim non est motus ⁊ mutationis non est mutatio: ut dicitur in 5° phisi. sed id quod currit ⁊ fluit est ipsum mobile. quare si aliud est proprie nunc ꝙ currens ⁊ fluens causat tempus tale quid non proprie erit ipsum mutatū esse sed ipsum mobile: ⁊ idem est ꝙ philosophus in 4° phisi. loquens de nunc proprie ⁊ principaliter sumpto dixit ipsum esse idem ƺm rem in toto motu temporis: non autem idem ƺm rationem. nam si hoc est nūc ꝙ fluēs causat tempus: quia illud qđ fluit siue ipsum fluxibile uel ipsum mobile est idem ƺm rem in toto motu non idem autem ƺm rationem. manifeste colligitur ꝙ ipsum mobile sit idem realiter ꝙ nunc proprie ⁊ principaliter sumptum. ꝙ ipsum mobile est idem ꝙ currit ⁊ fluit. ex consequenti tamen ipsum mutatuȝ esse potest dici nunc. non quia sit id quod fluit: sed quia est terminus ipsius fluxus. cum enim mutatum sit quid indiuisibile: oportet ꝙ mensuret ipso nunc ⁊ per consequēs oportet ꝙ sit idem realiter cum ipso nunc. nam sicut tempus qđ mensurat motuȝ est idem realiter ⁊ materialiter cum motu in quo fundatur. sic erit dare aliqđ nunc qđ mensurabit ipsuȝ mutatuȝ esse. ⁊ qđ erit ideȝ realiter ⁊ materialiter cū ipso mutato esse in quo existit. attamen hꝰ nunc uel hꝰ instans qđ est idē ꝙ mutatum esse. non ita proprie ⁊ principaliter metetur di ei nunc uel instans. sicut nunc ⁊ instans qđ est idem ꝙ substantia mobilis. ¶ Secunda via ad hoc idem sumitur ex continuitate temporis. Dicemus enim illud proprie ⁊ principaliter dici nunc uel instanȝ qđ est continuatiuū temporis. nam tempus lȝ de se sit numerus est tamen numerus in continuo ideo ipsuȝ tempus est de genere continuoruȝ. decem enim palmi ⁊ decē brachia panni numerum dicunt ⁊ quātitatem discretam nominant. sed decem brachia in re cōtinua: ut decem brachia panni quid continuum nominant eo ꝙ quātitas panni sit continua quātitas. est ergo tempus qđ continuuȝ qđ hoc modo continuitatem habet. qꝛ partes eius cuiusmodi sunt preteritum ⁊ futurum copulant ad nunc qđ est finis preteriti ⁊ principiū futuri. sicut partes linee copulantur ad punctum qui est finis vnius partis linee ⁊ principiū alterius. illud ergo erit proprie ⁊ principaliter nunc qđ est copulatiuū partiū temporis ⁊ continuatio ipsiꝰ. hꝰ autem ut apparebit proprie est ipsum mobile non autem ipsum mutatum esse. sic enim videmus in linea ut supra diffusius diximus ꝙ illud lineam continuat qđ lineā incohat: lȝ sub alia ratione. nam punctus ut est quid in actu est incohatiuū linee. ut est quid in potentia est ꝯtinuatiuū eius. nec est dare lineam rectam finitaȝ ubi non sit dare punctuȝ qđ est incohatiuū eius. ⁊ ƺm ꝙ accipimus in linea recta finita incohatiuum sic accipimus ibi cōtinuatiuum. motus ergo ⁊ tempus non continuantur per mutata esse: oportet enim si mutatū esse esset per se continuatiuū motus ꝙ est continuatiuȝ eius igitur in motu esset dare primum mutatum esse: ⁊ semꝑ motus aliquis finitus inciperet a mutato esse: quia lineam continuat punctus: quia non est aliud continuatiuum continui ꝙ incohatiuum eius. sicut enim oportet omnem lineam rectam ⁊ finitam incipere a puncto. sic oporteret semper motum incipere a mutato esse: nec oportet instare in linea circulari nec in linea finita: quia nulla istarum habet principium: uel habet aliquē punctum in actu. sed si linea inciperet ⁊ haberet principium oporteret ꝙ inciperet a puncto: quare si sic se haberet mutatum esse ad motum sicut punctꝰ ad lineam. ⁊ si mutatū esse esset per se continuatiuum motus sicut punctus linee. oporteret ꝙ omnis motus de nouo incipiens ⁊ habens principiū inciperet a mutato esse. sicut omnis linea habens principiuȝ incipit a puncto. videmus autem hoc falsum quia non est dare in motu primum mutatum esse. Imaginabimur ergo ꝙ ipsuȝ mobile se habet in motu sicut punctus in linea. nam sicut linea incipit a puncto ⁊ terminatur in punctum ⁊ continuatur per punctuȝ. ita mobile ut est in fine spatij ⁊ continuatur per mobile ut fluit per medium spatium. dicere autem ꝙ est per se cōtinuatiuū continui ꝙ non est incohatiuum eius. ⁊ qđ aliquid cōtinuatiuum continuat ꝙ ipsum non incohat est ignorare naturam continui. propter qđ si mutatuȝ esse esset per se continuatiuum motus omnis infinitus intelligeretur esse inter duo mutata esse. sicut linea intelligitur esse inter duo puncta. igitur ut dicebamus si esset dare in motu primum mutatum esse qđ repugnat demonstrationibus factis in 6° phisi. non igitur a mutato esse sed a mobili habet motus magis continuitatē ꝙ concordat cum uerbis philosophi dicentis ꝙ tempus habet continuitatem a motu. motus uo a magnitudine. non ergo ait ꝙ motus continuetur per mutata esse: sed ꝙ continuitatem habet a magnitudine: qđ intelligendum est de magnitudine mota per relationem ad magnitudinē spatij. eadem magnitudo mota prout aliter ⁊ aliter refertur ad magnitudinem spatij circa quod refertur uel ad magnitudinē spatij in quo mouetur incohatiua continuatiua ⁊ terminatiua motus. sicut enim linea finita recta semper est inter duo puncta. sic semper motus est inter mobile. ⁊ mobile ut inter mobile ut est in principio spatij. ⁊ mobile ut est in fine. ⁊ sicut quilibet pūctuȝ ut est in medio linee semper vnaȝ partem linee finit ⁊ aliā incohat. sic mobile quādiu est in medio spatij vnam partem motus finit ⁊ aliam incipit aggredi. ⁊ ꝙ oportet dare plura puncta in linea: quia vnus ⁊ idem punctuȝ realiter nō potest lineam incohare continuare ⁊ finire. hoc est qꝛ linea est quid permanens ⁊ partes eius sunt simul ⁊ vnus idem punctus simul in diuersis locis esse nō potest. sed si linea esset de genere successiuorū: utputa si fieret aliquis fluxus linearis per motum pūcti: vnus ⁊ idem punctus realiter incoharet continuaret ⁊ terminaret lineam. quia ergo de hijs omnibus diffusius est dictum supra redeamus ad propositū ⁊ dicamus ꝙ illud est proprie ⁊ principaliter nunc quod est per se ⁊ principaliter continuatiuum motus ⁊ temporis. hꝰ autem est ipsum mobile non mutatum esse. propter qđ ipsa substantia rei mobilis est illud in quo fundatur nunc proprie ⁊ principaliter sumptum. si autem ipsa mutata esse possunt dici esse instātia uel nunc hoc erit ex consequenti. ¶ Tertia via ad hoc idem sumitur ex entitate temporis. nam entitas temporis ⁊ omniū successiuorum non est in simultate temporis partiū ȝ in ordine ptiū. hꝰ aūt ordinē opȝ fundari in aliquo ꝙ nō sit oino permanēs. qꝛ si eēt oino ꝑmanens in ꝑmanēte ut est ꝑmanēs nō posset fundari ordo partiū motꝰ nec ordo partiū alicuius rei. Rursus si nullo mō esset ꝑmanens non posset dare entitatē non permanēti. sicut enim motus semper innititur alicui rei stabili ut probat augꝰ circa finē octaui super geñ. ad litteram. sic ordo partiuȝ successiui semper fundatur in aliqua re aliquo mō ꝑmanēte ⁊ aliquo mō nō ꝑmanēte. hꝰ aūt nō est nisi ipȝ mobile ꝙ i toto motu manet

idez ſm rē nō aūt idē ſm rōnē. ⁊ qꝛ hoc eſt ꝑe ⁊ ꝑn- cipaliṫ nūc in quo fundaṫ ordo priū tpis. ipſa ſb̄a rei mobilis poterit dici nūc proprie ⁊ principaliter. ſi au tem ipſa mutata eſſe merentur dici nūc hoc erit ex cō ſequenti. ex hoc aūt apparē pōt quō tps qd̄ menſurat opationes angelicas ſit cōpoſitū ex iſtātib᷒. nā mot᷒ ille quo mouenṫ angeli per varias affectiōes uel itel lectiōes eſt cōpoſit᷒ ex mutatis eſſe, ꝑut quelibet no- ua affectio uł itellectio pōt dici qd̄dā mutatū eē. ⁊ qꝛ illa mutata eſſe ſunt aliquo mō idē ꝙ quedā inſtātia qꝛ qd̄libet illoꝝ menſuraṫ inſtanti ꝙ fundatur in ipſo ⁊ ꝙ eſt idem ꝙ ipſum. ſicut ille motus eſt compoſitus ex mutatis eē. ſic tps ꝙ mēſurat illū motū ⁊ ꝙ funda tur in illo motu ⁊ ꝙ eſt idē ꝙ ille mot᷒ erit cōpoſituz ex iſtātib᷒ que fūdant in mutatis eē ⁊ mēſurat mutata eſſe ⁊ ſūt idē ꝙ illa mutata eſſe. ꝓpṫ qd̄ apparet ꝙ tps illud eſt cōpoſituz ex inſtantibus non accipiendo in- ſtans omnino ꝑncipaliṫ ⁊ ꝓprie ꝑut eſt idē ꝙ ſubſtā- tia mobilis. ſed accipiendo inſtans ꝑut eſt idē ꝙ mu- tatū eſſe. Dicemus ergo ꝙ inſtās fluēs cauſat illud tē pus ⁊ ꝙ ex iſtātib᷒ eſt cōpoſitū illud tēpus. aliter ta- mē ⁊ aliter accipiēdo inſtās. nā ſb̄a angeli ꝑut media te potētia ſubijciṫ varijs affectionib᷒ uel varijs itelle ctionib᷒ que ſunt quedā mutationes diciṫ eſſe qd̄daz iſtās fluēs cauſans illd̄ tps. nō aūt dicim᷒ ꝙ ipſa potē tia ſit hm᷒ iſtās. qꝛ ſicut tps nō eſt qlibet mot᷒ ſꝫ eſt mo tus ꝑmus: ita iſtās fluēs qd̄ cauſat tps nō eſt qd̄libet ſubiectum motui ſed eſt ſubiectū radicale ⁊ primuz. hm᷒ aūt eſt ſubſtātia angeli nō potētia. ip̄a ḡ ſb̄a angeli prout eſt radicale ⁊ ꝑmarium ſubiectū ipſarū opatio nū ⁊ mutationū angelicarū diciṫ eſſe inſtans fluens ⁊ cauſans illud tēpus. ille autez mutationes prout ſunt quedā inſtantia ſunt ea ex quibus cōponiṫ tale tēpus ꝓpṫ qd̄ apparet verū eſſe qd̄ ſupra dicebaṫ. vꝫ ꝙ idē eſt realiter in angelo nunc eui ⁊ nunc temporis: qꝛ ip- ſa ſubſtantia angeli prout ſubijcitur ipſi eſſe eſt nunc eui. qꝛ euum realiter eſt idē ꝙ eſt ipſa etiā eadē ſubſtā tia prout eſt primarū ⁊ radicale ſubiectū mutationuꝫ facturuꝫ in ipſa diciṫ eſſe nunc temporis. nūc ergo tē- poris in angelo eſt idē realiter ꝙ nunc eui ⁊ non idez qꝛ ſi accipiaṫ nunc tēporis qd̄ eſt cōpoſitū illius tēpo- ris ⁊ qd̄ eſt idē ꝙ mutatū eſſe nō eſt idem realiter nūc temporis ⁊ nūc eui. Sed ſi accipiatur nunc temporis ꝙ non eſt pars nec cōpoſitum illius temporis. ſed ꝙ fluēs cauſat illud tempus cuiuſmodi eſt ſubſtātia an- geli idem erit realiter ut ſuperius dicebatur ⁊ ut hic patuit nunc temporis ⁊ nunc eui. ❡ Poſtꝙ declara- uimus que in iſtis ſenſibilibus menſurantur tempore ⁊ que inſtanti ⁊ adaptauimus hoc ad angelos ex qui- bus aliqualiter innotuit ꝙ tempus qd̄ menſurat ope- rationes angelicas ex inſtantibus componatur. volu mus ſm pretaxatum ordinē ne laboremus in equiuo co de ipſis operationibus angelicis diſtinguere: ut ap pareat quas operationes menſurans tēpus componi tur ex inſtantibus: ⁊ quas operationes menſurans nō componitur ex inſtantibus. Dicemus enim triplicem eſſe operationem angelicam. vnam qua mouet corpo ra. aliaz qua mouet ſe ſuper corpora ut per aerem uel per aquā. tertia autem qua mouet ſe ad intelligenduꝫ ea que ſunt in corporibus uel etiaz alia que nunc ſunt corpora: nec in corporibus. ❡ Accipiēdo ergo tem- pus prout eſt quid continuum ⁊ prout non eſt compo ſitum ex inſtantibus: ſed ſolum ex temporibus dice- mus ꝙ operatio angeli tranſiens in exteriorem mate riaz ſm ꝙ angelus mouet corpus ut ſupra tetigimus menſuratur tale tempus tempore per ſe. operatio vͦ o

per quā angelus mouet ſe ad intelligenduꝫ uel ad vo lenduꝫ nec per ſe nec per accidens poteſt tali tempo re menſurari. Prima autē haruꝫ operationum appli catur ad exteriorem materiam ⁊ eſt in exteriori ma- teria. Secūda vͦ non proprie tranſit ſed applicatur. Tertia vͦ nec tranſit nec applicatur ad exteriorem materiam: ſed poteſt coaſſiſtere ſibi quia poteſt eſſe quando eſt exterior materia. uel poſſumus dicere ꝙ prima eſt in corpore ⁊ nō fit ſine exiſtentia corporis. ſecūda eſt in corpore ſꝫ nō fit ſine exiſtentia corporis. tertia nō eſt in corpore nec de neceſſitate requirit exi ſtētiā corporis. ❡ Prima ergo opatio qua angelus mouet corpora tranſit in exteriorem materiam ⁊ eſt in exteriori materia: quia eſt in ipſo corpore moto ⁊ eſt applicata ad exteriorem materiam quia eſt appli- cata ad corpus motum. conſtat enim ꝙ motus per ſe non eſt in mouente mobili ſed immobili. actio ergo qua angelus mouet corpora eſt in ipſo corpore moto cum ergo quilibet motus corporis per ſe menſuretur tempore continuo talis operatio per ſe menſurabitur tali tempore. itaqꝫ cum dicimus ꝙ tempus qd̄ menſu rat operationes angelicas non eſt continuum ſed eſt compoſitum ex inſtantibus: non intelligimus de ope- rationibus tranſeuntibus ſm quas angeli mouēt cor pora quia tales operationes cum ſint quidam motus corporum per ſe menſurantur continuo tempore. ❡ Secunda autem operatio qua angelus mouet ſe per corpora non oportet ꝙ ſit tranſiens ⁊ poteſt fieri ſine motu corporis: eſt tamē applicata ⁊ nō fit ſine exi ſtētia corporis poteſt enim angelus ſe mouere per ae rem uel per aquā nullam ~~menſuram~~ nec aliquē motū faciendo in aere uel in aqua: ſed ſolum applicādo vir tutem ſuam ad aerem: uel ad aquam. prout enim an- gelus applicat virtutem ſuam ad hanc partem aeris ⁊ poſtea ad aliam partem poteſt ſe mouere per aereꝫ nullum motum cauſando in aere. talis ergo operatio non eſt tranſiens in corpus. dicitur tamen applicata ad exteriorem materiam: quia fit per applicationem ad corpora. quid eſt autem angelum applicare virtu- tem ſuam ad corpus declarabimus in queſtionibus ſe quentibus. Nā poſt has queſtiones de menſura ange lorum intendimus diſputare de eorum motibus pro ut mouent corpora ⁊ mouent ſe per corpora. ad pre- ſens autem ſcire ſufficiat ꝙ talis operatio qua ange- lus mouet ſe per corpora non oportet ꝙ ſit tranſiens in corpus: ſed dicitur eſſe applicata ad corpus: talis etiaz operatio quia non eſt tranſiens poteſt fieri ſine motu corporis. attamen quia eſt applicata nō poteſt fieri ſine exiſtētia corporis: talis etiā operatio poteſt menſurari tempore continuo per accidens. quia ange lus poſtꝙ applicauit virtutem ſuam ad aliquam par- tē corporis poteſt ſi vult ſucceſſiue retrahere virtu- tem ſuam ab illa parte ⁊ ſucceſſiue applicare ad aliaꝫ qd̄ faciendo menſurabitur talis operatio tempore cō tinuo ſed hoc eſt per accidens: quia nō eſt ratione ope rationis angelice: ſed propter applicationem ad exte riorem materiā que eſt quanta ⁊ ad quā poteſt ſucceſ ſiue ſuam applicare virtutem. uel hoc eſt per accidēs quia poteſt angelus totā virtuteꝫ ſimul ſuā retrahere ⁊ ſimul applicare. ⁊ ſi applicauit virtutem ſuaꝫ ad ali- quam parteꝫ aeris poteſt ~~ſimul~~ a tota parte aeris ſuā virtutem retrahere. uel hoc eſt per accidens: qꝛ quā- tumcūqꝫ ſucceſſiue fiat talis retractio nunquam erit ibi vera continuitas. noſtra itaqꝫ queſtio non querit de tpe qd̄ menſurat hm᷒ opationes: qꝛ tales opationes ſaltem per accidens poſſunt tpe continuo menſurari

¶ Est autem tertio operatio angeli qua mouet se ad intelligendum: uel uolendum: tam corpora q̃ alia que nec per se nec per accidens mensuratur tempore continuo: quia nõ est tali successione operatio nec etiam esse potest. quelibet enim talis operatio siue sit intellectio siue uolitio eius tota simul esse incipit ⁊ tota simul desinit. cum enim sit simplex nõ habet partem ⁊ partez nec potest esse ibi successio in vna ⁊ eadẽ operatione. si aũt est ibi successio: hoc erit prout vna operatio succedit alteri. quelibet itaqʒ talis opatio mẽsurabit instãti. ⁊ sicut nihil est aliud moueri angelũ opationes nisi q̃ vna opatio succedit alteri. ita nihil erit aliud tẽpus qõ mẽsurat talẽ nisi q̃ vnũ istãs succedit alteri. tale ergo tp̃s ex istãtib' cõponet. Si eni aliqõ corpus. u. put pomũ aliqõ eẽt in aere ⁊ illud pomuz simul totũ desereret suum locuz ⁊ simul acquireret locum pximum ⁊ locum proximum acquisitum totum etiam simul desereret ⁊ simul acquireret alium locuz proximum. consequens esset q̃ motus illius pomi esset compositus ex mutat̃is esse: ⁊ non qlibet illoꝝ mutatoꝝ esse mẽsuret instãti. tp̃s illud qõ mẽsuraret hi' motũ ex instãtib' eẽt cõpositũ. hoc est enĩ esse tẽpus ↄtinuũ ⁊ tp̃s nõ cõpositũ nisi ex tp̃ib': q̃ motus totus qõ mẽsurat tp̃s ⁊ ẽt quelibet pa illius mot' nõ nisi successiue fit: ut mot' localis ⁊ spatiũ qõ acq̃rit p talẽ motuz successiue acq̃rit. ⁊ ẽt quelibet ps mot' ⁊ acq̃sitio cuiuslibet ptis spatij non sine successione fit. Inde est ergo q̃ talis mot' nõ cõponit nisi ex motib' nõ ex mutatis esse. ⁊ tp̃s mẽsurãs talẽ motũ nõ cõponit nisi ex ptib'. nõ aũt ex instãtib'. sʒ ut dixim' si corpus hoc mõ moueret q̃ totũ suũ locũ sil' dimitteret ⁊ aliũ locũ eq̃lẽ sibi totũ sil' acq̃reret: talis mot' eẽt cõposit' ex mutatis esse: ⁊ q̃ hoc est in ꝓposito: ut cum angelus uadit de vna itellectiõe in aliã. totã vnã itellectionẽ sil' deserit ⁊ totã aliã sil' acq̃rit. opʒ talẽ motum cõponi ex mutatis esse. accipiendo mutata esse prout innouatio cõpositionis in angelo põt uocari q̃d mutatũ esse. ⁊ q̃ qõlibet tale mutatũ esse mẽsurat istãti. tẽpus mẽsurãs talẽ motũ ex istãtib' cõponet. Dicemus eni q̃ si angelus staret per totũ annũ uel per quãtũcũq̃ uis tp̃s in vna ⁊ eadẽ opatione illa tñ opatio non mẽsuraret nisi istãti. Nã si aliq̃d mẽsurat tpe uel hoc erit per se sicut mot' q̃d fm se uariationẽ hẽt. uel hoc erit per accidẽs. nõ q̃ ipm fm se uariet sʒ q̃ est sbm ei q̃ actu mouet ⁊ uariat. fm quẽ modũ corp' q̃escẽs tpe mẽsurat. nõ q̃ q̃escẽs fm q̃ q̃escẽs ⁊ fm q̃ hi' se hẽat aliter nũc ⁊ prius: sʒ q̃ est subiectum celo qõ cõtinue mouet ⁊ q̃ semp se hẽt aliter nũc ⁊ pus. Angelus aũt in vna ⁊ eadẽ opatione stans nõ dicit moueri nec mẽsurat tpe per se fm opationẽ illã q̃ non alit' se hẽt nũc ⁊ prius. nec etiã dicit q̃escere nec mẽsurat tẽpore per accidẽs: q̃ nõ est subiect' motui celi uel alicui alteri rei cõtinue mote que semp se hẽat alit nunc ⁊ prius. vna itaqʒ ⁊ eadẽ opatio angeli qui ꝓpe nõ est motus necesse q̃es: opʒ q̃ mẽsuret istãti. vna ergo ⁊ eadẽ opatio angeli põt coassistere ipsi tpi q̃ põt eẽ tp̃s q̃n est opatio angeli. vna tñ ⁊ eadẽ opatio angeli non mẽsurat tpe. Bene itaqʒ dictũ est q̃ sicut mot' angeli est successio opationũ: ita tp̃s q̃ mẽsurat talẽ motũ est successio istatiũ ⁊ est cõpositũ ex istãtib'. ¶ Hys itaqʒ oib' prelibatis: uolumus adducere tres breues rõnes q̃ tp̃s illud sit cõpositũ ex istãtibus. naz tp̃s est mẽsura successiua. ¶ Ad tria ergo possumus tẽpus referri. uel ad ipsaz successionẽ. uel ad ipsa istãtia fm q̃ dicitur succedere. uel ad ipsas opationes: quas successiue mẽsurat. nõ q̃ in eadẽ operatione sit successio: sed q̃ vna opatio alteri succedit oibus aũt trib' vijs ↄcludet intẽtũ. ¶ Prima aũt via sic pʒ. Nã de rõne tpis est q̃ non sit totũ simul: vnde aug'. 11°. ↄfes. dsns differẽtiã īter eternitatẽ ⁊ tp̃s ait. q̃cq̃d est in eterno est totũ sil'. i. totũ p̄sens. nullũ v̄o tp̃s ut ait põt eẽ totũ presens. i. totuz simul. si ergo tempus esset totũ sil' iaz nõ eẽt tp̃s. vna ergo ⁊ eadẽ opatio nõ poterit mẽsurari tpe cũ sit tota simul. mẽsurabit ergo istãti. ⁊ q̃ ut dictũ est nihil est aliud ille mot' nisi successio opationũ q̃ hoc mõ angelus per tp̃a: ut pʒ per aug^m. 8° sup Geñ. ad litterã uel reminiscẽdo q̃ oblit' erat uel discẽdo q̃ nesciebat: uel uolendo qõ nolebat. in angelis aũt ⁊ si nõ est ꝓprie obliuisci: reminisci: ⁊ discere: attñ angelus icipit intelligere qõ prius nõ itelligebat cũ de vna itellectione in aliaz tendit ⁊ itipit uelle qõ prius nolebat cũ de vna itellectione uolitione in aliã uadit. successio ergo operationuz est motus angeli ⁊ est illud fm q̃ dicit angelus moueri per tẽpora. cum ergo vna ⁊ eadẽ operatio mensuret instanti: sicut motus angeli nõ est aliud q̃ successio operationũ sic tẽpus qõ mẽsurat talẽ motũ nõ est aliud q̃ successio instãtiũ. quicquid eni sit de intellectu nostro. de intellectu tamen angelico cum suum intelligere sit simplex ⁊ sine discursu non debet esse dubium q̃ vna ⁊ eadẽ operatio eius non mensuratur tempore. ¶ Secunda via ad hoc idẽ sumit ex ipsis instantibus. nam non est dare tempus ubi non est dare duo instantia. si ergo in vna ⁊ eadẽ operatione esset successio ⁊ vna ⁊ eadẽ operatio mensuraretur tẽpore in vna ⁊ eadez operatione esset assignare duo instantia. vnuz prius ⁊ aliud posterius. uel hoc est q̃ illud aliter habet nũc ⁊ prius uel quia est subiectum ei q̃ aliter se habet nunc ⁊ prius. angelus aũt fm vnã ⁊ eandẽ operationẽ nõ aliter se habet nunc ⁊ prius: nec est subiectum ei q̃ aliter se habet nunc ⁊ prius. q̃ motum angeli ⁊ priuatione motus non reducimus in aliquid continue motũ. Sicut in corporibus reducimus omnia talia in celuz qõ continue mouetur. Dicemus ergo q̃ aliter comparat ad successionẽ motus. aliter quies: aliter operatio angeli. motus enim cõparatur ad successionez. ⁊ q̃ in se ⁊ fm se successionẽ habet. ideo per se q̃ tempus motus tempore mensuratur. quies aũt comparat ad successionem non q̃ quiescens fm q̃ hi' uarietur. sed q̃ est subiectum ei q̃ continue uarietur. vna autem ⁊ eadem operatio angeli nec in se uariationem habet nec est subiecta ei qõ continue uariatur: sed potest coassistere ipsi uariationi: ideo nec est motus q̃ mensuret tẽpus per se nec habet rationem quietis q̃ possit mẽsurari tẽpore per accidẽs sed potest coassistere tẽpore. ex hi' autem coassistentia non sumitur ratio mẽsure. In vna ergo ⁊ eadẽ operatione angeli nõ est dare duo instantia nec est ibi dare successionẽ ꝓpter q̃ non mensuratur tempore sed instãti. tempus ergo qõ mẽsurat tales operationes non est nisi successio istantiũ. ¶ Tertia via ad hoc idẽ sumit ex ipsa cõparatione angeli. probat enim Zeno ut patet ex phisicis. q̃ sagitta uelociter mota non mouet q̃ semper est in loco sibi equali. ad qõ respõdet philosophus. q̃ sagitta mota est in loco sibi equali in instanti ideo in instanti non mouetur nec etiã quiescit: q̃ non potest esse quies ubi non potest esse motus cum quies sit priuatio motus ⁊ priuatio ⁊ habitus sunt apta nata fieri circa idẽ. Dicemus ergo instanti non est motus nec etiaz quies. sic dicẽ poterimus q̃ in vna ⁊ eadẽ opatiõe angeli fiest ꝓprie mot' nec q̃es. nõ est ibi mot' q̃ nõ est ibi successio. nõ ibi q̃es q̃ nõ est q̃es ubi nõ põt eẽ mot' operatio

igit angeli vna ⁊ eadē nō mensurat tpe nec per se nec per accñs: qꝛ nō est mot⁹ nec quies. ꝯsequens ergo est ꝙ mēsuret instanti tpis. nā qcqd est in angelo uel mēsurat euo uel istāti eui ul' tpe uel istāti tpis. ab eis aūt que mēsurant euo uel instanti eui angelus nunꝙ rece dit: qꝛ nunꝙ recedit angelus a suo esse ꝙ mensuratur euo. nec a sua substantia que mensuratur nunc eui. cū ergo angelus possit recedere ⁊ recedat a sua operatione: consequēs est ꝙ sua operatio nō mensuret euo nec nūc eui. Rursus talis opatio vna ⁊ eadē nō mēsurat tpe qꝛ nō est ibi successio: ꝯñs ergo est ꝙ mēsuret instāti tpis. nō instanti ꝙ fluēs causat tpꝰ qđ est idē ꝙ sba angeli qꝛ tale istās semp manet idē fm rē: mēsurabit ergo istāti qđ est idē ꝙ mutatū eē. cōponet ergo illud ex instātib⁹ que sunt eadē ꝙ mutata eē. nā ⁊ ille motus cōpositus est ex mutatis esse.

Ad primū dicēdū ꝙ nō per oēz modū se habet istās ad illud tps: sicut punct⁹ ad lineā. qꝛ linea est qđ ꝯtinuū. illud aūt tps nō. de rōne aūt ꝯtinui est ꝙ diuidat in semp diuisibilia. non est hoc de rōne nō ꝯtinui. tps ergo nr̄m qđ est qđ ꝯtinuū nūquā cōponit ex istātib⁹ nec ex idiuisibilib⁹. sicut nec linea ex pūctis. sꝫ illud tps qꝛ nō est qđ ꝯtinuū pōt cōponi ex istātib⁹ ⁊ ex idiuisibilib⁹ sicut nūs ex vnitatibus. ¶ Ad scđm dicēdū ꝙ angelus pōt sistē uel sistit in opatiōe sua ita ꝙ nō statim cū icipit intelligere aliqđ desinit intelligē illud: uel nō opꝫ ꝙ illud desinat itelligere. nō tñ pp hoc vna ⁊ eadē opatio mēsurat tpe: qꝛ vna ⁊ eadē opatio nō hēt successionez in se nec est per se subiecta rei hñti successionē. iō nec mēsurat tpe per se nec per accidēs ut est per habita declaratū. per qđcūꝗ ergo tps angelus sistat in vna ⁊ eadē opatiōe per se loquēdo. totū illud nō cōputabit nisi vnū istās: ꝓpt eni angelū sistē in sua opatiōe nō arguit ꝙ sit tps in re extra qñ est illa opatio: sꝫ in ipa opatiōe nō est tēpus qꝛ nō est ibi successio nec est subiecta successioni. ¶ Ad tertiū dicēdū ꝙ istās tpis nr̄i nō hēt spatiū qꝛ est in ꝯtinuo fluxu: sꝫ nō sic est de istātib⁹ illius tpis: opatio eni angeli nō sic ꝯtinue fluit sicut mot⁹ uel angelus fm suas opatiōes q̄s successiue acqrit nō sic cōtinue fluit sicut mobile per sua spatia que acqrit. qꝛ ex hoc dicit mobile moueri localit̄ qꝛ nunꝙ sistit in aliquo vno ⁊ eodez spatio nec vnꝙ sil' pdit aliqđ totum spatiū nec sil' acqrit: angelus aūt sistit in vna ⁊ eadem opatiōe ⁊ sil' totā suā opationē: utputa totā vnā suaz intellectionē desinit ⁊ aliā de nouo acqrit. uel possumus dicē ꝙ ēt istās illius tpis nō hēt spatiū attñ assistit spatio qꝛ in vna ⁊ eadē opatiōe nō est successio: sꝫ assistit successioni: qꝛ qñ est illa opatio que est simplex ⁊ nō hēt spatiū nec successionē pōt eē spatiū ⁊ successio in re extra. ¶ Ad quartū dicēdū: ꝙ nō eadē mēsura mēsurat mobile ⁊ act⁹ ei⁹: nec eadē mēsura mensurat sba angeli ⁊ opatio ipsius. qꝛ lꝫ utrūꝗ mēsuret istāti attñ hoc nō est eodē istāti. sba eni angeli ut mediāte potētia subijcit varijs opationib⁹ mēsurat istāti ꝙ fluēs causat tpꝰ: sꝫ qđ est de cōpositione ipsi⁹ tpis ut in solutiōe pncipali diffusius diximus. ¶ Ad quītū dicēdū ꝙ angelus exercēs aliquā opationē nō statī recedit ab opatiōe illa: nec tñ ꝓpt hoc fm vnā ⁊ eādē dī moueri: qꝛ in vna ⁊ eadē opatione nō est subiecta per se alicui rei hñti successionē: iō nec est ibi motus ut mēsuret tpe per se: nec qcꝰ ut mēsuret tpe per accidēs: nō eni oē sistē ꝓprie loquēdo est qescere: sꝫ tale sistere est qescere fm ꝙ sit aptū natū moueri. fm autez vnā ⁊ eādē opationē angelus nō est apt⁹ nat⁹ moueri nec hēe successionē. vna itaꝗ ⁊ eadē opatio mēsurabit sꝫ istāti. sꝫ dices ꝙ angelus dī se mouere ad uolendū uel ad itelligēdū: qđ nō videt uerū nisi in ipa itellectiōe uel uolitione eēt motus: quo posito vna ⁊ eadē opatio mēsurabit tpe. Dicemus ergo ꝙ motus est ad rē nō habitā. angelus ergo mouet se ad itelligēdū aliqđ qđ pꝰus nō itelligebat illud ⁊ postea itelligit. est ergo ibi successio. qꝛ intellectio succedit nō itellectioni: uel vna itellectio succedit alteri. nō ergo cadit tpꝫ uel successio in ipsa itellectiōe fm se sꝫ ꝓut succedit nō intellectioni: uel ꝓut vna itellectio succedit alteri: quelibet ergo itellectio mēsurabit istāti: sꝫ qꝛ ut vna itellectio ibi succedit alteri: instās succedit istāti ⁊ fm hoc hēt ibi esse tpꝫ qđ est successio istātiū. ¶ Ad sextū dicēdū. ꝙ hoc est in ꝯtinuo ꝙ nō possumus itelligere lineā rectā nisi sit finita: ⁊ nisi sit iter duo pūcta idiuisibilia: siue iter duo pūcta: sꝫ hoc nō est in re nō ꝯtinua. nō eni opꝫ rē nō ꝯtinuā quātūcūꝗ finitā esse iter ipa idiuisibilia: imo res nō ꝯtinua pōt cōponi ex ipsis indiuisibilib⁹: ut nūs ex vnitatib⁹ que de se sūt idiuisibiles sicut illud tps qꝛ est qđ nō ꝯtinuū nō est nisi qdam nūs istātiū. nō ergo itelligem⁹ illud tps eē iter ipsa instātia sed eē ipa istātia. ¶ Ad septimū dicēdū ꝙ motus nō est cōposit⁹ ex motib⁹ nec tps pōt eē cōpositū ex istātib⁹ que sunt idē ꝙ ipm mobile: sꝫ cōponit illud tps ex istātib⁹ que sūt idē ꝙ mutata esse ut est per habita manifestū. ¶ Ad octauū dicendū. ꝙ ex hijs que sunt in actu nō fit vnū ꝯtinuū: qꝛ ptes cōtinui sunt qđ in potētia: nō tñ sic est de discreta. in re enim discreta sūt ptes magis in actu ꝙ in re ꝯtinua: attñ etiā in ipsa re discreta sunt ptes quodāmō in potētia ꝓut potest cōponi adinuicē ut ꝯstituat nūꝫ. sic ⁊ in ꝓposito istāti nr̄i tpis sunt magis in potētia qꝛ tps nr̄m est qđ cōtinuū: istātia vō illius tpis sūt magis in actu: qꝛ illud tēpus est qđ discretū: est eni qdā nūs istātiū ex istātib⁹ cōpositū. ¶ Ad nonū dicēdū. ꝙ iter quelibet duo instātia cadit tps medium: si sit tps ꝯtinuū. sic inter quelibet duo pūcta cadit linea media si sit linea ꝯtinua. attñ si sit linea nō ꝯtinua poterūt ibi dari duo pūcta inter que nō cadit linea media: ut si ptes linee intercise coniungant adinuicē ibi erit dare duo puncta iter que nō cadit linea media: ⁊ qꝛ illud tps nō est qđ cōtinuū nō opꝫ semp iter duo istātia ibi cadere mediū tēpus. ¶ Ad decimū dicēdū. ꝙ pncipia semp sūt vnigenita pncipiatis: qꝛ semp opꝫ esse quēdā anologiā ⁊ quādā ꝓportiōez siue quēdā ordinē iter pncipia ⁊ pncipiata nō tñ semp opꝫ ꝙ pncipia semp recipiāt pdicationez pncipiatorū: sꝫ hoc ueritatē hēt in ptib⁹ quātitatiuis ⁊ ꝯtinuis: ut quātū ad ptes quātitatiuas ⁊ continuas nō est corpus ut ex corpib⁹ nec linea ut ex lineis. tñ si accipiamus ptes essentiales corpus qđ est sba erit ex nō corpib⁹ qꝛ erit ex mā ⁊ forma quoꝝ neutꝝ est corpus. sic etiā si accipiam⁹ ptes in re nō ꝯtinua reperiemus hoc idē: nō eni semp nūs est ex nūis: sed pōt esse ex vnitatib⁹. sic ⁊ in ꝓposito: tps qꝛ est qđ nō ꝯtinuuz nō opꝫ esse ex tpib⁹: qꝛ pōt esse ex instantibus.

D Ecimo queritur in quo pdicamento sit tps qđ mēsurat opatiōes angeloꝝ. ⁊ videt ꝙ nō sit in predicamēto qlitatis: qꝛ qđ nō est in aliq specie qualitatis nō est in pdicamēto qualitatis: tps qđ mēsurat opationes angeloꝝ est hꝰ. ergo ⁊c. ꝓbatio assumpte. Nō eni tps illud pōt esse in prima specie qualitatis qꝛ tale fm simplicia est quid artificiale. tempus autē illud est quid naturale: nec etiam potest esse in secunda specie qualitatis que est potētia ad actū siue in potētia qꝛ opationes angeloꝝ que sunt idē realiter ꝙ ipsum tps nō dicūt ipsam

pliciē. angelus inferioꝛ per spēm aialis uolatilis. ali⁹
angelus iferioꝛ per speꝫ aialis aq̄tici. hec eni ꝛ plura
itelliget angelus supioꝛ per vnā spēm. ut per speꝫ aia
lis q̄ itelligūt duo āgeli iferiores per plures spēs ut
per spēm aialis uolatilis. ꝛ per spēm aialis aq̄tici. q2
plra ꝯtinent sub aiali solū q̄ sub uolatili ꝛ aq̄tico sil.
¶ Et q2 arguit q2 tūc āgelus supioꝛ cognoscet plura
ut plura. dici doʒ q̄ duo āgeli iferiores per duas spēs
cognoscūt plura ut plura. sʒ hoc est p plures cōuersio
nes. q2 nō est eadē ꝯuersio per quā ꝯuertit se hic an-
gelus sup hāc spēm ꝛ ille ali⁹ sup aliā speꝫ. sic ꝛ ange
lus supioꝛ pōt cognoscē per vnā spēm plura ut plura
per plures ꝯuersiōes. ut ꝯuertēdo se sup spēm aialis
ut repñtat uolatile q̄ cognoscet uolatilia ꝛ que cōpe
tūt uolatilib⁹ ut sūt uolatilia. ꝛ ꝯuertēdo se sup eādē
spēm ut repñtat aq̄tica cognoscet aq̄tica ꝛ que cōpe-
tūt aq̄ticis ut aq̄tica ꝛ sic per vnā spēm per plures tn̄
ꝯuersiōes. nō est icōueniēs q̄ cognoscat plura ut plu
ra. ¶ Ad 5m doīn: q̄ ꝯtinē aliq̄ formalr pōt ꝯtingere
dupl'r uel realr ꝛ fm eē. ꝛ sic in solo deo reseruant p-
fectiōes oiuʒ generꝝ. solus eni de⁹ pōt sine adminicu
lo alteri⁹ agē actiōes oium rerū: ut pōt calefacē sine
igne ꝛ ifrigidare sine adminiclo alicui⁹ corpis frigi-
di. sed itētionalr ꝛ fm repñtationē nō est icōueniens
q̄ in aliq̄s a deo. utputa in āgelis habeāt res eē forma
lr ꝓut spēs q̄s hn̄t angeli apd̄ se res formalr ꝛ actua
liter repñtant. ¶ Ad 6m doīn: q̄ ordo est vniformis
multitudo spūum. q2 qcūq3 āgeli sūt in aliq̄ vno ord i
ne. opʒ q̄ habeāt aliquā vniformitatē. uel possumus
dicē q̄ licet in oib⁹ āgelis sit ordo nō tn̄ in oib⁹ est idē
ordo nec oēs sūt vni⁹ ꝛ eiusdē ordis: io qui sūt in su
piori ordine hn̄t magnā difformitatē ab hijs qui sūt
in iferiori ꝛ pn̄t itelligē per pauciores ꝛ per uliores
spēs q̄ illi. ¶ Ad 7m doʒ: q̄ iferiora se hn̄t per ifoꝛ
matiōnē ad supiora ꝛ spālīora sūt pfectiora q̄ coio-
ra fm eē qd̄ hn̄t in mā. vn̄ viuere se hʒ per ifoꝛmatio
nē ad eē ꝛ est pfecti⁹ q̄ eē. itelligim⁹ eni q̄ eē ꝓus re
cipiat in mā ꝛ sit pfectio māe. ꝛ postea in mā hn̄te eē
itelligim⁹ q̄ recipiat viuere ita q̄ viuere se hēbit ut p
fectio respectu ipsi⁹ eē. q2 sp receptiuū se hʒ sic mā ꝛ
sic pfectibile. ipm aūt receptū se hʒ sicut forma ꝛ sic

perfectio. viuere ergo qđ recipit in mā iaʒ habēte eē se habebit sicut forma ⁊ sicut pfectio respectu māe ⁊ etiā respectu ipsius eē. attñ opʒ talia solū ꝫm moduʒ intelligēdi veritatē hēc ꝙ viuere ⁊ eē in eodē nō differūt realr: ſʒ solū ꝫm modū itelligēdi. viuere eni in viuētib⁹ est ipm eē ut vult phs in libro de aia. Sic ḡ est in formis mālib⁹ ſʒ in abstractis ut pluries dixim⁹ est ecōuerso. nā si eē ⁊ viuere hēent eē sepatū ut posuerūt platonici eē eēt multo pfectius ꝙ viuere. ⁊ qꝛ ut diximꝰ spēs in mētib⁹ angeloꝝ tenēt modū formaꝝ abstractaꝝ ⁊ nō mālīū iō angeli cognoscētes per formas uliores hñt cognitionē pfectiorē nō ipfectiorē. ¶ Ad 8m dō: ꝙ spēs i mētib⁹ ägeloꝝ supioꝝ sit simpliciores i se ſʒ sūt mltiplices ꝫʒ repñtationē. qꝛ q̄to aliqđ ē in se simplici⁹ tāto ē plriū repñtatiuū. iō dī sap. 7. ꝙ spēs itelligētie scūs est mltiplex ⁊ vnit⁹. vnit⁹ in eētia mltiplr i effectib⁹. q̄to eni spēs ē i se simplicior tāto ē actualior ⁊ formalior ⁊ plriū repñtatia: imo ipa dīna eētia que est oīo simplīma ē īfinitoꝝ repñtatia.

Qño querit. Utrꝫ itellect⁹ ägelic⁹ itelligat singularia. ⁊ vī ꝙ nō. naʒ qđ est ppiqui⁹ sensibilib⁹ ⁊ reb⁹ mālib⁹ vī ꝙ magis possit ꝫm se cognoscere hec ptic̄laria sensibilia. ſʒ itellect⁹ nr̄ est ppinqor istis ptic̄larib⁹ sensibilib⁹ ꝙ itellect⁹ angelic⁹. ⁊ tñ ꝫm se itellect⁹ nr̄ nō pōt hec pticularia sēsibilia cognoscē nisi ꝯuertat se ad fātasmata ḡ mltomin⁹ itellect⁹ ägelic⁹ ꝫm se nō potit ptic̄laria cognoscē. cū ḡ in ägelo nō sint fātasmata oīa ꝓuabit ägelus cognitiōe singl̄riū. ¶ P̄. ptic̄laria uariant ⁊ īcipiūt eē que ꝓus nō fuerūt. Si ḡ ägelus cognoscit ptic̄laria mltoꝝ ptic̄lariū icipiet hēe de nouo cognitionē quā pri⁹ nō hēbat. ḡ mutat. ſʒ nō est dōm ꝙ sit mutat⁹ in eē. est ḡ mutat⁹ ꝫʒ cognitionē. ḡ mutatio rerū fac̄ mutationē in cognitionē ägeli. quo posito seq̄ret ꝙ ägel⁹ accipiat cognitionē a reb⁹ qđ supra negauim⁹. ¶ P̄. cōmēdat anax. in tertio de aia q̄ posuit itellectū simplicē ⁊ imālē ut cognoscēt despectū. i. ut cognoscēt mālia. ḡ sic itellect⁹ est in mālia ⁊ sicut est in actu sicꝫ que sunt in potentia. ergo nullus intellect⁹ cognoscet potētiā puram nisi sit actus purus. Solus ergo de⁹ q̄ nec hʒ māʒ nec aliq̄d māle cognoscet ipaʒ pōʒ purā. ägelus ḡ nō cognoscit māʒ ⁊ per ꝯñs nō cognoscit pticularia q̄ hñt mām ptē sui. ¶ P̄. nō pōt coīcari creature ꝙ ꝓducit potētiā purā. qꝛ nll'a creatura pōt ꝓducē mām. nec pōt ei coīcari ꝙ hoc faciat qꝛ tūc posset coīcari creature ꝙ crearet. si ḡ nō pōt coīcari creature ꝙ ꝓducat pōm purā. ḡ nec ꝙ repñtet. nihil ḡ est in ägelo qđ possit repñtare ipsā māʒ. angelus ḡ nō potit hēe cognitionē de mā ⁊ per ꝯñs ut dicebat nō cognoscet ptic̄laria que sunt mālia ⁊ que hñt mām ptē sui. ¶ P̄. si itelligētie itelligūt pticularia uel hoc erit p spēs ptic̄lares uel p ul'es. nō p particulares qꝛ tūc sequeret triplicē icōueniēs. q̄ruʒ pmū est ꝙ ägeli hēent quodāmō spēs ifinitas cū ptic̄laria sint pō ifinita. Scđʒ icōueniēs eēt ꝙ p tales spēs ptic̄lares nō cognoscerēt ptic̄laria. nā ptic̄laria uariant. Spēs aūt ille sp manerēt eodē mō ptic̄laria ḡ uariabilia nō possēt sufficient cognosci per taleʒ spēʒ. Tertiū icōueniēs eēt ꝙ vn⁹ ägelus nō cognoscēt ḡ ägel⁹ ptic̄laria per spēs ul'es. ſʒ spēs ul'es abstracte a loco ⁊ tpe. talia ḡ nō magis repñtāt pñtia ꝙ futura. Si ḡ p spēs ul'es cognosceret agelus ꝯñs eēt ꝙ hēet cognitionē futuroꝝ qđ est icōueniēs. ¶ P̄. si p spēs ul'es cognoscēt ägel⁹ ptic̄laria sequeret oppositū in subiecto. videlʒ ꝙ differēs ut differēs assilaret. nā ul'e ut ul'e dicit qđ idetminatū. pticulare ut ptic̄lare dicit qđ determinatū. Si ergo per ul'e cognosceret pticulare. cum oīa cognitio fiat per assilationē idetminatū eēt silitudo detmiari. oppositū oppositi qđ ē icōueniēs. ¶ P̄. sicut res se hʒ ad eē ita ad cognosci. ꝙ ḡ nō est disticta rō eēndi nō erit disticta rō cognoscēdi. sed vna forma nō pōt eē disticta rō eēndi plura. ḡ nec vna spēs poterit eē rō cognoscēdi plura. per spēʒ ḡ ul'em nō cognoscet ptic̄laria qꝛ tūc vna spēs eēt disticta rō cognoscēdi plura. ¶ P̄. dato ꝙ per spēʒ vnā ipsi⁹ gñis posset angelus cognoscē plures spēs nunq̄ tñ ut vī p vnaʒ spēm siue illa spēs sit gñis siue spēi potit cognoscere plura iduidua. nā spēs eq̄lit ꝯtinent in gñe ⁊ ꝓpter hāc ineq̄litatē pñt diuersimode repñtari p spēʒ gñis. sed iduidua ubiqꝫ ꝯtinent eq̄lit. nā cū sit uera vniuocatio in spē spālissima. opʒ iduidua eq̄liter ꝯtineri in spē. sic ēt opʒ ꝙ iduidua eiusdē spēi eq̄lit ꝯtineant in gñe qꝛ mediāte spē in q̄ iduidua ꝯtinent eq̄lit sūt iduidua ꝯtēta in gñe. nllo ḡ mō per vnā spēm poterūt plura iduidua eiusdē spēi repñtari disticte. nō ḡ ägelus poterit cognoscē distictionē soꝛ. a platōe ⁊ p ꝯñs nō hēbit notitiā ptic̄lariū hoīuʒ. ¶ P̄. chriso⁹ omel. 6. sup Math. vult ꝙ vn⁹ ägelus nō cognoscit aliū angelū nisi ille ali⁹ uelit. ḡ p spēs q̄s hñt angeli apud se nō cognoscūt sufficient ptic̄laria. ¶ P̄. si ägelus per spēʒ quā hʒ apud se posset cognoscē ptic̄laria cū ptic̄laria possint eē ifinita. posset vna spēʒ repñtare ifinita. ſʒ cuilibet repñtatiōi create pōt fieri vna virt⁹ cognitiua creata eq̄lis. Si ḡ vna spēs creata posset repñtare ifinita posset eē aliq̄ virt⁹ cognitiua creata que actu cognoscēt ifinita qđ est icōueniēs. ¶ P̄. si ideʒ repñtaret albū ⁊ nigrū q̄tū repñtaret albū tāto retraheret a repñtādo nigrū. idē ḡ nō pōt sufficient ⁊ disticte repñtare ꝯria ⁊ p ꝯñs nec diuersa pticularia. In ꝯriū ē qđ habet thobie 12. ꝙ ägelus dixit thobie qñ orabas cū lachrymis ⁊ sepeliebas mortuos. ⁊ postea sequit in l'ra. ego obtuli orōnē tuā dño. qđ nō potuisset angelus facere nisi habuisset cognitionē rerū pticulariū. per mlta ēt loca scripture sacre possem⁹ pbare ägelos hēe cognitionē reꝝ ptic̄lariū. ¶ P̄. sic se hʒ volūtas ad ~~nobilia~~ itellect⁹ ad itelligibilia. sed volūtas angelica est de singularib⁹. qꝛ gaudiū est angelis sup vno peccatore peni. agēte. ergo ⁊ intellect⁹ angelicus erit circa singularia ⁊ cognoscet singularia.

Rñdeo dicendū ꝙ in hac q̄one sic ꝓcedemus. qꝛ primo dabim⁹ modū quō angelus cognoscit singularia. Scđo adducem⁹ rōnes ad ꝓpositū ostēdētes modū assignatū uerū eē ⁊ ꝙ ägelus illo mō cognoscit singularia. Tertio ad maiorē declarationē ꝓpositi dicem⁹ quedā per que declarabit nobis tot⁹ modus itelligēdi ägelic⁹. ¶ Propt pmū sciēdū ꝙ modus itelligēdi ägelic⁹ est cognoscē res ꝫʒ ꝙ sūt in seipsis. ⁊ ide est forte ꝙ cognitionē quā hñt ägeli p spēs sibi iditas dixerūt sctī eē cognitionē reꝝ in ꝓpo gñe qꝛ spēs in mētib⁹ ägeloꝝ repñtāt res ꝫʒ ꝙ sūt in seipsas. ⁊ qꝛ nā gñis nō hʒ eē actuale sine suis spēb⁹. nec nā spēi hʒ eē actuale sine suis iduiduis. nec iduiduū hʒ eē actuale sine ꝓpriis accñtib⁹ que sūt in eo. iō dato ꝙ ägelus cognoscēt p spēʒ aliquā alicui⁹ gñis p illā eādē spēm p quā cog̃scit nām alicui⁹ gñis. qꝛ nō cog̃scit hī⁹ nāʒ p spēʒ gñis quā hʒ apō se. nisi ꝓut talia nā existit in ipis reb⁹. cū dēm sit nāʒ gñis nō posse existere actualiter sine ipsis spēbus. per illā spēm representatiuā generis cognoscet omnes species in quibus existit actualiter tale genus sic etiā cognoscēdo spēs cognoscet etiā indiuidua. cum dictū sit nām spēi actualr nō existere sine pticularibus. cognoscēdo aūt

in diuidua cognoscet earū ꝓprias actiones ꝛ accñtia ipsoꝝ qb⁹ talia īdiuidua sunt ꝯiūcta. utrū aūt vno intuitu ꝛ vna cōuersione possit angelus oīa ista cognoscere. in fine qōnis patebit cū declarabim⁹ totum modū itelligēdi angelicū. dicem⁹ ergo ꝙ angelus aliqd itelligit pmo ꝛ pncipalr ut nām repñtatā per spēz aliqd itelligit ex ꝯñti: ut ea in qb⁹ hēt eē illa nā. per candē enim spēm sbti itelligēdo sbm itelligit pdicatū uł itelligit acñtia que sunt in sbto: qꝛ nō itelligit cōponēdo ꝛ diuidēdo: sed simplici ituitu. s; tñ hoc nō erit eodē mō. nā per spēm sbti nō pōt directe ꝛ pncipalr repñtari accñs qđ est in sbto. ergo per spēm sbti directe ꝛ pncipalr itelliget ipm pdicatū. tū qꝛ modus intelligēdi ei⁹ est ꝙ itelligat sbm ſm ꝙ hēt eē in rerum nā. iō itelligēdo sbm intelligit oīa que hñt eē in sbto qꝛ sbm hēt tale existē in rerū nā qđ est ꝯiunctū oībus hꝫ que sunt in ipso. sic ꝛ in ꝓposito intelligēdo nām gñis intelliget spēs in qb⁹ hēt eē illud gen⁹. ꝛ itelligēdo spēs itelliget īdiuidua in qb⁹ hñt eē ille spēs. dicemus eni ꝙ ſm Dioᵐ pmo caplo de di. no. intelligibilia nō cōprehēdunt a sensibilib⁹: ꝛ ista sensibilia nō se adequāt itelligibilib⁹. l; eniz forma gñis nō sit forma vna ſm ꝙ hēt eē sensibile. attñ qꝛ angelus pp sui simplicitatē hēt in se vnitiue: que ista sensibilia hñt sparsim ꝛ diuisi;. iō l; gen⁹ ſ; eē qđ hēt sēsibile nō sit foꝛa vna i āgelo. tñ pōt totū gen⁹ repñtari p vnā formā: ut puta si qs angelus per vnā spēm aīalis cognoscat oīa que ptinēt ad hoc gen⁹ qđ est aīal: si hꝰ genus qđ est aīal eēt tāte inalitatis ꝛ tāte simplicitatis quāte est ille angelus sic cognoscēs: tūc hoc gen⁹ aīal nō diceret nisi vnā formā: ꝛ illa vna forma eēt pfectioꝛ simplicit loquēdo ꝙ sint oēs spēs aīalis sil sūpte. Si ergo aīal hñs tale eē simplr diceret vnā formā: nō est icōueniēs si possit repñtari per vnā simplicē itelligibilē formam qꝛ ergo angelus hēt lumē intellectuale magne efficacie ꝛ magne pspicuitatis. ꝛ qꝛ modus cognoscēdi angelicus est cognoscē res ſm ꝙ hñt eē in seipsis quārū cūqꝫ cognoscat per spēs uł es; ut puta ꝙ cognoscat per spēs generū poterit per illas spēs cognoscē īdiuidua: nō tanq̄ obm pmū ꝛ pncipale: sed tanq̄ ea in qb⁹ existit nā obi: ut qꝛ nām gñis nō existit sine spēb⁹ pp modū cognoscēdi ei⁹: ꝛ pp efficaciā sui luminis cognoscēdo gen⁹ cognoscit spēs: ꝛ cognoscēdo spēs cognoscit īdiuidua in qb⁹ hñt eē ille spēs. ¶ Uiso quō angelus cognoscit singularia: uolum⁹ adducē rōnes ad ꝓpositū ostēdētes hūc modū eē rōnabilē: ꝛ ꝙ possit angelus hoc mō singularia cognoscē. pp qđ sciēdū ꝙ angelus quārū ad pñs spectat pōt cōparari ad qnque. videlicet ad gradū qđ tenet in gñe itelligibiliū ad suum modū itelligēdi ad modū repñtādi quem hñt spēs in ipso. ad ipsas spēs repñtātes ꝛ ad ipsa obta repñtata sed hic adducem⁹. 5. rōnes ad ꝓpositū. qrum pma sumit ex gradu ꝛ ex ordine quē hēt angelus in gñe itelligibiliū. scđa ex mō suo itelligēdi tertia ex mō repñtādi qđ hñt spēs exñtes in ipso. qrta ex ipsis spēbus repñtātib⁹. qnta pp ipsa obta repñtata. ¶ Propter pᵐ sciēdū ꝙ gdus est ordo alicui⁹ rei i aliq gñe sumit ex actualitate ꝛ pōitate. pᵃ eni distictio cuiuslibet entis ē ſ; actū ꝛ potētiā. 2ᵃ distictio est ipi⁹ potētie: qꝛ est quedā poᵃ abijciēs actū: ꝛ est q̄dā poᵃ ꝯiūcta actui. ſ; hoc ḡ accipiēdo gen⁹ large ſ; ꝙ dicimus ꝙ de⁹ est pᵐ ens i gñe eniū ꝛ ꝙ ē qd pᵐ i gñe itelligibiliū. dicem⁹ ꝙ i ipso gñe itelligibiliū de⁹ est sic act⁹ tm̄. Intellꝰ aūt nr̄ i sui pmoꝛdio ē sic tabula rasa ꝛ sic abijciēs actu;. Intellꝰ aūt angelic⁹ qꝛ itelligit p spēs ꝯcreatas. ꝛ qꝛ creat⁹ ē pur⁹ ꝛ plen⁹ spēb⁹. i. ē poᵃ ꝯiūcta actui. ſ; hoc

de⁹ itelligēdo aliquā nā; itellit eā i qb⁹ existit ꝛ in qb⁹ pōt existē illa nā: qꝛ pp sui actualitatē oīa offerūt suo itellui tanq̄ exñtia ꝛ tanq̄ pñtia. iō oī ad Rom. 4. ꝙ uocat ea que nō sūt tanq̄ ea que sūt. ꝛ Aug⁹. 15. de tri. caº. 13. dicit ꝙ nō alr sciuit de⁹ creata ꝙ creāda. angelus aūt itelligēs aliquā nā; itellit supposita in qb⁹ hēt eē illa nā s; nō itellit oīa ea in qb⁹ pōt eē talis nā. itellect⁹ aūt nr̄ itelligēdo aliquā nā; nullū ex hoc ꝙ cogscit suppositū in quo hēt eē talis nā. S; si vult cogscē suppositū ꝛ pticlare op; ꝙ ꝯuertat se ad fātasmata q̄ sūt pticularis. nā ḡ se hēt sic act⁹ ꝛ sic forma. pticlaria āt supposita se hñt sic ea quoꝝ ē pfectio talis forma. Dicerem⁹ ḡ ꝙ sic itellꝰ nr̄ de sui nā ē potētia abijciēs actū. ita su⁹ modus itelligēdi nālis est cogscere nā; ꝛ actū nō ut ꝯiūctū eis in qb⁹ h; eē talis nā ꝛ talis act⁹ iō itellꝰ nr̄ ut dixim⁹ itelligēdo nā; spēi nō itellit supposita. imo nihil pp hoc scit de suppositis in qb⁹ h; eē illa nā. q̄tūcūqꝫ eni sciam⁹ nā; rose uel pp hoc scimus de suppositis rose utrū sint uel non sint nisi sensui nr̄o offerant illa supposita. Intellꝰ vo angelic⁹ qꝛ est potētia pfecta p actū: ꝛ qꝛ nascit ꝯiūct⁹ suis spēb⁹ ꝛ suis pfectionib⁹ dignū est ꝙ ex hoc aliqd sortiat: ꝛ dignum est ꝙ spēs ille maiorē hēant efficaciā in repñtando ꝙ spēs in itellu nr̄o. spēs eni in itellu nr̄o repñtāt nā; ſ; se nō ſm eē qđ hēt in suppositis. sed spēs in itellu angelico repñtat nām ſm eē qđ hēt in suis suppositis. iō p illā cādē spēm per quā angelus itellit nām itellit supposita in qb⁹ hēt eē illa nā. Imaginabimur eni; ꝙ potētia ꝛ act⁹ ſm eē ꝛ repñtationē hñt modū oppositū. nā q̄tū ad eē in vno ꝛ eodē potētia pexistat actui suppositū pexistit nāe mā pexistit forme. qꝛ ſ; Augᵐ origine iforme pcedit formatū. pus enim itellr ꝙ sit mā ꝛ ꝙ sit qd iforme ꝛ postea ꝙ in ea recipiat forma ꝛ ꝙ formet. vñ Aug⁹. 12. ꝯfes. caº. 19. ait ꝙ pus hēt eē aliqd iforme: deīde formatū qđ nō ē itelligēdū de tpe s; origine ut innuit Aug⁹ eo. liº. caº. 28. sic ēt potētia p existit ut in ea possit recipi act⁹: ꝛ suppositum pexistit nāe. nam agēs pducit suppositū ꝛ dat esse supposito: ꝛ producēdo suppositū producit naturā in supposito sed in representādo est econuerso. qꝛ pus representat actus ꝛ ex actu dat intelligi potētia. nam potētia nō est cognoscibilis nisi per cōparationē ad actu;. ꝛ mā nisi per cōparationē ad formā. sic ēt ꝛ nā pus repñtat ꝙ suppoᵐ. vñ ꝛ phs in. 8. meta. mouet qōnē qd significet nomē utrū; nā; uł suppoᵐ. ꝛ soluit ꝙ significat utrūqꝫ sed nō eodē mō. ubi cōmētatoꝛ ait ꝙ nomē pus significat formā uel nā; ꝛ postea suppoᵐ. ꝛ qꝛ nomē eo mō sigt q̄ fit repñtatio ꝛ cognitio rerū ꝙ spēs i itellu pus repñtēt nā; rerū. Si aūt repñtāt suppoᵐ hoc ē ex ꝯñti. Si ḡ itellꝰ nr̄ nālr nascit tanq̄ potētia abijciēs actū ꝯñs ē ꝙ su⁹ modus itelligēdi nālis sit ut sic pficiat p actū ꝛ sic ducat in cognitionē alicui⁹ act⁹: ꝙ nō pp hoc cognoscat ea in qb⁹ hēt eē ille act⁹. sic ḡ per spēm quā hēt apud se cognoscet nā; aliquā ꝙ non propter hoc cognoscet supposita in quibus habet eē illa natura. Sicut enim in essendo intellectus noster fuit potētia nuda nō coniūcta actui iam perfect⁹ per speciem habebit ſm repñsentationem modum cōtrarium: qꝛ representabit ꝛ offeret ei actus non coniunctus eis in quibus habet esse ille actus. nostre eni; cognitioni intellectuali offert se natura nō cōiuncta suppositis in quibus habet esse illa natura. ideo vniuersale qđ intelligimus est vnū pter multa: qꝛ intelligimus naturā pter supposita. intellect⁹ eni; nr̄ qꝛ nascit tanq̄ potētia abijciēs actū: ꝛ qꝛ nascit nō informatus specie cū postea acquirit spēm: species illa est debilis

adhesionis cū intellu. ⁊ iō solū ducit in cognitionem
ei⁹ qđ directe pncipalr repn̄tat per spēz ⁊ hec est ipa
qdditas siue ipsa nā uel ipsa forma. nō aūt ducit in co
gnitionē eoꝝ que repn̄tant ex ꝯn̄ti: hi⁹ sūt ea in qbus
hēt eē illa nā: ⁊ iō sic per spēm itelligibilē cognoscit
nām ꝙ nihil scit de suppositis. imo oīno ignorat utrū
illa supposita sint uel nō sint i qb⁹ hēt eē talis nā sicut
posuim⁹ exēplū de rosa. per spēm eni rose sic itelligi-
mus nām ei⁹ ꝙ ex hoc nihil scim⁹ utrū hēant eē sup-
posita in qb⁹ hēt eē nā rose. sed itell's angelic⁹ nascit
sicut potētia ꝯiūcta actui ꝗꝛ nascit informatus spēb⁹.
iō spēs ille sūt fortis adhesionis ⁊ magne repn̄tatiōis
ut nō solū repn̄tāt nām: sed ēt repn̄tāt supposita in q-
bus hēt eē illa nā. hoc ergo mō angelus cognoscit pti
cularia: ꝗꝛ per spēm quā hēt apud se sic pfecte cogno
scit nām ꝙ cognoscit supposita ⁊ pticularia in qb⁹ hēt
eē illa nā. Resumam⁹ ergo illā rōnē totā: ⁊ dicam⁹ ꝙ
loquēdo de gn̄e large in gn̄e itelligibiliū itell's nr̄ te-
net ifimū gradū: ꝗꝛ nascit sicut potētia abiciēs actuz:
pp qđ est debilis ꝯditionis cū suo actu ⁊ debilr ꝯiun-
git itell's nr̄ cū sua spe. itellus aūt angelic⁹ ꝗꝛ nascit si
cut potētia ꝯiūcta actui. ⁊ ꝗꝛ nascit plen⁹ formis ⁊ in
format spēb⁹ iō fortiter ꝯiūgit suo actui ⁊ sue pfectio
ni. ⁊ spēs itelligibiles in mēte angeli sūt magne adhe
sionis cū suo itellu. iō intell's angelic⁹ tenet medium
gradū in gn̄e itelligibiliū. Sꝫ de⁹ qui est ipse actus ⁊
cui sua eēntia oia repn̄tat que eēntia est oīno idez qđ
ipse: iō ipse tenet sūmū gradū in gn̄e itelligibiliū. ⁊ iō
oīa nuda ⁊ apta sunt oculis suis ⁊ ei oia clare ⁊ plene
repn̄tant. spēs ḡ itelligibilis in itellu nr̄o pp debilem
adhesionē cū ipso itellu sic debilr repn̄tat nām alicui⁹
rei ut nō certificet nos de suppositis illi⁹ nāe utrū sint
~~spēs~~ uel nō sint: in itellu angelico pp formationē ⁊ ad
hesionē. forti⁹ repn̄tat nām: ut nō solū ducet in cogni
tionē nāe: sed ducat in cognitionē eoꝝ in qb⁹ hēt esse
illa nā. iō ex cognitione nāe certificat angelus utrum
sint ⁊ qliter sit ⁊ qliter se hēant supposita in qb⁹ hēt es
se talis nā: nō tn̄ spēs in mēte angeli est tāte efficacie
ꝙ ducat in cognitionē suppositoꝝ in qb⁹ pōt esse illa
nā. sic ergo cognoscit supposita actu exn̄tia in aliq nā
ꝙ nō cognoscit oia possibilia eē in illa nā. deus autez
ipse qui est ipsa sua eēntia per quā sibi oia repn̄tant p
pter sūmā idētitatē quā hēt ad suā eēntiā repn̄tant ei
nāe rerū ⁊ cognoscit eas oī mō quo cognoscibiles sūt
pp qđ nō solū cognoscet nāa rerū ſm se ⁊ nō soluz co
gnoscit supposita in qb⁹ actu existit talis nā. sed ēt cog
scit supposita que erūt sub tali nā ⁊ que pn̄t eē sb hi⁹
nā: pp qđ ita uocat ea que nō sūt sīta nouit fienda sicut
⁊ facta qđ soli⁹ ei⁹ est ppriū. ¶ Scđa via ad hoc idē
sumit ex mō itelligēdi. nā modus itelligēdi nr̄ est per
abstractionem. Si ḡ unum qđ ꝙ agit ſm ꝙ est actu ⁊
unaqueqꝫ forma est rō agēdi ſm ꝙ hēt rōnē act⁹. spe
cies in itellu nr̄o ꝗꝛ est abstracta a fantasmatib⁹ ⁊ ab
hijs que repn̄tāt res pticularit iō ducet in cognitionē
nāe abstracte a pticularib⁹ ⁊ erit rō itelligēdi nām ut
est pter multa ⁊ ut est sepata ab eē qđ hēt in sua mul-
titudine ⁊ in suis pticularib⁹. iō ut diximus per talem
spēz nihil certificamur de eē pticulariū. sꝫ spēs in mē-
te angelica ut coiter ponit deriuate sūt ab ideis oinis
que totā rē ꝓducūt in eē. ⁊ iō tales spēs hn̄t repn̄ta-
re nām ſm ꝙ hēt eē in suppositis ⁊ ſm ꝙ est coiūcta
suo eē. pp qđ angelus per spēm itelligibilē cognoscēs
aliquā nām certificat ⁊ de suppositis in qb⁹ hēt eē illa
nā. Si ḡ angelus itelligeret per abstractionē ⁊ ꝙ spēs
in mēte angeli repn̄tarēt nāz abstractā ⁊ sepatā a sup
positis forte ipossē eēt saluare quō cognosceret ptcu

laria nisi forte poneremꝰ in eo fantasmata ad que se
ꝯuertēdo sciret ipsa pticularia. Sed cū ab ideis diui-
nis ꝓducte sūt res in eē. spēs in mēte angelica ab illis
ideis deriuate hn̄t repn̄tare nās rerū ut sunt in ppriso
gn̄e: ⁊ ut sūt ꝓducte in eē. nō sūt aūt ꝓducte in eē nisi
ut sūt in suppositis. Nā si alit dicerem⁹ icideremus i
errorē platonis dicētis qdditates ⁊ eēntias rerū hēe
per se eē absqꝫ pticularib⁹ suppositis. Nos aūt oia po
nim⁹ eē in ipsis pmis subiis siue in ipsis idiuiduis: ⁊
quātū ad actualē exn̄tiā dicim⁹ ꝙ destructis pmis im
possibile est aliqđ eoꝝ remanē. q̄re si ergo spēs in mē
te angeli repn̄tat nām ut est ꝓducta in esse nisi in suis
suppositis ⁊ in suis pticularib⁹ ꝯn̄s est ꝙ hi⁹ spēs sic
sit rō cogscēdi nām ꝙ ēt sit rō cognoscēdi pticularia
in qb⁹ hēt eē talis nā. Dicem⁹ ergo ꝙ unūqđqꝫ agens
agit ſm exigētiā sue forme: ⁊ unūqđqꝫ cognoscens co
gnoscit alia a se ſm ꝙ hēt in se aliqd qđ est repn̄tati-
uū alioꝝ. ꝓut ergo cognoscēs magis unit ipsi repn̄ta
tiuo ⁊ ipsi actui ⁊ pfectioni: sic plus hꝫ de cognitiōe.
itellus ergo nr̄ debiliter ꝯiūgit sue pfectioni ꝗꝛ est po
tētia abiciēs actū. āgelus aūt ꝯiūgit forti⁹ ꝗꝛ est potē
tia ꝯiūcta actui. fuit eni creat⁹ itellus angelic⁹ spēbus
plenus. de⁹ aūt ꝯiūgit pfectissime ꝗꝛ est ipsa pfectio: ⁊
est ipsa sua eēntia oium repn̄tatiua. Sꝫ ꝯstat ꝙ debilr
cognoscē ipsaz nām ⁊ ipsaz qdditatē que pmo offert
itellui ⁊ pmo repn̄tant per spēz. forti⁹ aūt cogscē est
cognoscē ipsa supposita in qb⁹ actu hēt eē ipsa nā que
nō pmo ⁊ pncipalr sed ex ꝯn̄ti se offert itellui ꝓut sūt
coiūcta ipsi nāe. pfectissime aūt cognoscē est cogsce-
re supposita nō solū in qb⁹ est actu sed in qb⁹ pōt ipsa
nā: ꝗꝛ talia ualde a remotis hn̄t ordinē ad nāz. pmo
mō cognoscit intellus nr̄. scđo mō cognoscit angelus.
⁊ tertio mō de⁹. qđ quō sit pōt eē per hita manifestū.
¶ Tertia via ad hoc idē sumit ex mō repn̄tādi. dice
mus eni ꝙ triplex est modus repn̄tādi nām. quorum
un⁹ est ualde impfect⁹: alius sūme pfect⁹. ⁊ terti⁹ me-
dius. ⁊ hec rō multū est ꝓxima rōni pme. modus aūt
ualde impfect⁹ repn̄tādi nām est si repn̄tet solū i pō:
uel si repn̄tet solū ut nō hēat actuale eē ⁊ ut nō habe
at actuale existē ⁊ sic repn̄tat nām spēs in itellu nr̄o.
iō dictū est in. 3. de aia. ꝙ qcqd est: est dm itellus. nā
spēs itelligibilis in intellu nr̄o solū ducit in cognitio-
nē qdditatis ſꝫ se: nō aūt ſm ꝙ actualr existit in suis
suppositis. talis ergo cognitio est ualde impfecta. ꝗꝛ
pfectius cognoscit ut est aliqd ſm se ⁊ ut actualr exi-
stit in suppositis: ꝙ ut est aliqd in se tm̄. modus aūt oi
no pfectissim⁹ est cognoscē nām oī mō quo cognosci-
bilis est: ut si cognoscat nō solū ut cōsiderat ſꝫ se: sꝫ ut
actualr existit in suppositis ⁊ ut pōt existē in eis. ⁊ hic
est modus cognitiōis diuine qui cognoscit nām ⁊ co-
gnoscit supposita actualr exn̄tia in illa nā ⁊ cognoscit
oia supposita possibilia eē sub tali nā. angelus ergo ꝗꝛ
tenet mediū gradū iter itell'm diuinū ⁊ nr̄m. ꝗꝛ intelli
gēdo nām itelligit supposita que actu sunt sub illa nā.
nō aūt possibilia eē. iō itellectui suo pōt aliqd accre-
scere ex pgressu diuꝫ rerū in eē: multa enim inotescūt
angelis que añ erāt eis ignota. ex hoc aūt appet ꝙ ali
ter cognoscit angelus nām aliter supposita in qb⁹ hēt
eē illa nā. nā nām cognoscit inquātū est per se obm co
gnitiōis ei⁹. supposita aūt cogscit ex pfecta cognitiōe
nāe. nā q pfecte cogscit nāz cogscit ⁊ supposita i qb⁹
hēt eē illa nā. nō eni pfecte cogscit aliqd nisi cogscant
oia que actu ꝯiūcta sūt illi. nām ḡ cognoscit angelus
tanꝙ obm. supposita vo tanꝙ ꝯiūcta obo. sic ēt ⁊ acci
dētia ⁊ ꝓpetates cognoscit. na nā nō solū est ꝯiūcta sup
positis: sed etiaꝫ est ꝯiūcta suis ꝓpetatibus ⁊ accn̄tibus

cū ꝗbꝰ hēt eē i suppositis. ¶ Quarta via ad hoc idē sumit̃ ex spē rep̄ntāte. nā in itellu nr̄o spēs se hn̄t quasi quedā diuisa nō ꝯiūcta. Sic eni imaginat̃ phs i 3. de aīa. ꝙ sic se hn̄t spēs in itellu nr̄o sicut se hēbant ptes rerū apud Empedo. tp̄e litis. posuit eni Empe. ꝙ a pn̄ꝰ tp̄e litis erāt ptes rerū diuise ut erat caput sine ceruice: ceruix sine hūeris: ⁊ sic mēbra diuisa erāt cuiuslibet aīalis: ⁊ nō solū erāt mēbra aīalis diuisa: sꝫ ēt erāt rami arborꝝ diuisi. superuenit amicitia ⁊ cōiūxit ea adiuicē ⁊ aliq̄ ꝯiūxit recte aliq̄ nō recte. ꝯiūxit eni aliq̄n caput hoīs cū ceruice leonis ⁊ mēbra vniꝰ aīalis cū mēbris altiꝰ. sic ēt i arborib feē oliuigenas ꝯiūgēdo ramū oliue cū ramo vitis: uel ramos vniꝰ arboris cū ramis altiꝰ. ⁊ aliq̄n magis praue ꝯiūxit. qꝛ ꝯiūxit ramos arborꝝ cū mēbris aīaliū. aliq̄n aūt ꝯiūxit recte: qꝛ ꝯiūxit ꝓos ramos oliue uł cuiuscūq₃ altiꝰ arboris ꝓo trūco: ⁊ i aīalibꝰ ēt aliq̄n ꝯiūxit recte qꝛ ꝯiūxit ꝓa mēbra leonis uel altiꝰ aīalis ꝓo corpꝫ. capita ergo germanorū que erāt sine ceruice ⁊ erāt sep̄ata a ceruice aliquādo ꝯiūxit recte ꝯiūgēdo ea ꝓpriis ceruicibꝰ. aliq̄n nō recte ꝯiūgēdo ea ceruicibꝰ alienis. dicebat ergo emp. ꝙ q̄n nā uel amicitia recte cōiūxit tūc illa sic ꝯiūcta st̄ saluata. q̄n nō recte ꝯiūxit nō poterūt saluari. hoc eni exēplū qđ est fantasticū q̄tū ad esse rerū est ualde ꝓpinquū quātū ad itelligē nr̄m. nā que sunt ꝯiūcta ſm eē rerū ⁊ ſm nām in itellu nr̄o se hn̄t sicut sep̄ata. l₃ ꝗ nā ſm eē sit cōiūcta suis suppositis: spēs tn̄ rep̄ntans nām rep̄ntat eā ut nō ꝯiūctā. ⁊ l₃ sbm sit ꝯiūctū sue ꝓprietati ⁊ ecōuerso: spēs tn̄ rep̄ntans sbm rep̄ntat sub nō ꝯiūctū ꝓpetati. ⁊ spēs rep̄ntās ꝓpetatē rep̄ntat eam ut nō ꝯiūctā ꝓo sbo. ⁊ qđ dictū est de ꝓpetate respectu sbti itelligēdū est de aliis p̄dicatis. omnia eni rep̄ntātur ut diuisa. sed spēs rep̄ntātes sic res diuisas intellectꝰ cōponit ⁊ diuidit ut cōponit hoc sbm cū hac ꝓpetate ⁊ hoc p̄dicatū cū hoc sbto. ⁊ si cōponit recte sic est in rerū nā: tūc est ꝓpō uera. si cōponit non recte ut qꝛ cōponit ꝓpetatē nō cū sbto ꝓo sed cū alio tūc est ꝓpō falsa. ꝓus eni itelligit itellꝰ aliq̄d utputa albū ⁊ itelligit qđ albū est accn̄s statim itelligit ipm̄ eē i aliquo sbto. postea querit sbm eiꝰ. ⁊ si iuenit sbm in quo hēt eē albedo utputa cignū: ⁊ dicat cignū eē albū. qꝛ sic est in rerū nā faciet ꝓpōnē ueram. ꝙ si credat coruū eē talē ⁊ cōponat albū coruo faciet ꝓpōnē falsam. ꝙ si querat vn̄ accidit hoc itellui nr̄o ꝙ sic rep̄ntant ei res mō diuiso. dicemꝰ hoc eē ꝑꝑ paucitatē luminis intellectualis. nā qꝛ itellꝰ nr̄ ualde hēt debile itellectuale lumē. iō ita per spēm alicuiꝰ rei itelligit illā rem ꝙ nō itellit ꝯiūcta illi rei. spēs ꝗ itelligibiles in itellectu nr̄o sūt ꝯiūcte debili lumini. iō debiles sunt ad rep̄ntādū. Sꝫ si eēnt ꝯiūcte lumini forti ⁊ claro eēnt ad rep̄ntādū fortiores: tūc in rep̄ntādo res aliq̄s rep̄ntarēt que eēnt ꝯiūcta rebꝰ illis. ⁊ qꝛ tale est lumē angelicū qđ est forte ⁊ efficax: iō rep̄ntādo rē rep̄ntat cōiūcta rei. angelus ꝗ itelligēdo p̄dicatū itelligit ea in ꝗbꝰ est p̄dicatū illđ. spēs ꝗ i itellu suo se hn̄t ut ꝯiūctū: nō ꝙ oēs spēs sint vna spēs: sed qꝛ nō opꝫ eꝝ ꝯiūgē nec cōponē spēm cū spē. spēs eni ille sūt talis nāe ꝙ sił rep̄ntāt res ⁊ ꝯiūcta rebꝰ. itellꝰ ꝗ nr̄ nisi cōponat spēm vniꝰ rei cū spē rei sibi ꝯiūcte ita itelliget rē illā qđ non itelligit rē aliā sibi ꝯiūctā. sed spēs in mēte angeli in v̄tute claritatis luminis quō ꝓfundit sic rep̄ntat rem ꝙ ēt facit cognoscē que sūt ꝯiūcta rei. angelus ergo cognoscēdo nām cognoscet p̄ticularia ꝗbꝰ est ꝯiūcta illa nā. ¶ Sª rō sumit ex p̄te rei rep̄ntate. nā nō possumꝰ itelligē aliquā rē pfectā nisi itelligamꝰ ea que sūt de rōne rei. iō dicimꝰ ꝙ supiora sunt de itellu iferiorꝝ: qꝛ p̄tinēt ad rōnē eorꝝ. si ergo possemꝰ ostēdere ꝙ p̄ticularia idiuidua ſm modū itelligēdi angelicū sunt de rōne nāe: ut sicut supiora ſm modū itelligēdi nr̄m sunt de rōne iferiorꝝ sicut nullus dubitat ꝙ itelligēdo iferiora ⁊ maxime si itelligamꝰ ea pfecte ꝙ opꝫ nos itelligē supiora. sic nullus dubitabit ꝙ angelus itelligēdo nām itelliget ⁊ p̄ticularia in ꝗbꝰ hēt eē illa nā. ꝓpter qđ sciēdū ꝙ oīno est modus ꝯriꝰ in q̄dditatibꝰ rerū ut accipiunt ſm eē abstractū ⁊ ut ꝯsiderant ſm eē qđ hn̄t in rebꝰ. nā ſm eē abstractū supiora sunt de rōne iferiorꝝ nō ecōuerso. vn̄ genꝰ actu itellr̄ in spē: sꝫ spēs sūt potētie in gn̄e. sed ſm eē qđ hn̄t q̄dditates in rebus est ecōuerso. Scđm hoc enim spēs sunt de rōne gn̄is idiuidua p̄tinēt ad rōnē spēi. nā l₃ itellꝰ per abstractionē formet de gn̄e vnū ꝯceptū. genꝰ tn̄ ſm esse qđ hēt in rebꝰ nō est forma vna per itellm̄. ꝗ possumꝰ itelligē genꝰ nō itelligēdo aliquā spēm. sed ſm eē qđ hēt genꝰ in rebꝰ nihil est in gn̄e qđ nō sit i aliq̄ eiꝰ spē. Spēs ergo sunt hoc mō de rōne gn̄is: qꝛ nō est genꝰ nec pōt eē genꝰ in rebꝰ nisi qꝛ sunt eiꝰ spēs. sic ēt ⁊ idiuidua quātū ad actuale eē sunt de rōne spēi. qꝛ ut dicit cōmētator in. 7. meta. q̄dditates rerꝝ nō st̄ eēntia nisi per eē rerū hn̄tiū q̄dditates ꝗ per eē suppositorꝝ ⁊ ꝑ eē p̄ticulariū nāe rerū actu existūt ⁊ actu hn̄t eē spēs. cū igit̃ angelus itelligat nās rerū ſm eē qđ hūt in suo gn̄e ⁊ ſm ꝙ existūt. nā spēs in mentibꝰ angelorꝝ ut dicebamꝰ nō sūt abstracte a rebꝰ iō nō rep̄ntāt res ſm abstractionē. sed sūt deriuate ab ideis diuinis a ꝗbus res fluxerūt in eē iō rep̄ntāt res ſm ꝙ hn̄t actuale eē ⁊ qꝛ hoc mō idiuidua p̄tinent ad rōnē nāe. qꝛ nāe hn̄t nō eē nisi per eē suppositorꝝ in ꝗbꝰ existūt. iō itelligēdo nām itelligit idiuidua in ꝗbꝰ hēt eē illa nā. qꝛ ut dictū est ſm modū itelligēdi angelicū idiuidua p̄tinent ad rōnē nāe. Aduertēdū aūt est ꝙ oēs hee q̄nque rōnes sūt quodāmō vna rō ⁊ sūt. 5. rōnes. nā oēs in hac radice quodāmō fūdant qꝛ pfectiꝰ rep̄ntāt res spēs i mētibꝰ angelorꝝ q̄ꝫ spēs in itellu nr̄o. ⁊ ꝑꝑ pfectionē rep̄ntatiōis angelus nō solū per spēꝫ rei itelligit rem. sed ēt itelligit ea que sūt ꝯiūcta rei. aīr tn̄ ⁊ aīr ut dicebat. itelligit tanq̄ꝫ obm̄. ꝯiūcta aūt rei tanq̄ꝫ cōiūcta obo. quelibet eni cognitio ducit seq̄lit in cognitione obti: qꝛ nulla eēt cognitio ⁊ nullus eēt actꝰ cognitiuꝰ si nō terminaret̃ ad aliqđ obm̄: tn̄ si sit cognitio pfecta nō solū ducit in cognitionē obti sed ēt annexorꝝ ⁊ ꝯiūctorꝝ obto: ⁊ maxie taliū annexorꝝ ⁊ ꝯiūctorū que sūt de rōne obti siue illa annexa sint idē in eēntia cū ipso obo. siue sit diuersū: ut qui pfecte cognoscit iferiora opꝫ ꝙ cognoscat supiora que sūt ꝯiūcta iferioribꝰ. qꝛ sūt de rōne iferiorꝝ. attn̄ sūt idē i eēntia cū iferioribꝰ. hoc ēt idē ꝯtiget si eēnt ſm eēntiā diuersa: ut nō possumꝰ itelligē pfecte ꝓpetatē nisi itelligamꝰ ⁊ sbꝫ qđ p̄tinet ad rōnē ꝓpetatis. ⁊ tn̄ sbm est aliud in eēntia ⁊ ꝓprietate. ꝑꝑ qđ nō dꝫ eē dubiū si angelus itelligēdo nām itelligat supposita ꝗbꝰ est ꝯiūcta illa nā: ⁊ maxime cū ſꝫ modū itelligēdi angelicū. videlicet ꝓut nā existit ⁊ hēt actuale eē supposita sint de rōne nāe. oēs ergo quinque rationes sunt quodāmodo vna ratio. quia omnes se fundant super perfectione cognitionis nāe ⁊ sunt diuerse rōnes: qꝛ huiꝰ pfectio cognitiōis ex q̄nq₃ cāri pōt. p̄mo ex sbto siue ex itellectu cognoscēte. nā quāto itellꝰ cognoscēs est mīnꝰ in potētia uel est in potētia magis cōiūcta actui pfectiꝰ cognoscit. ⁊ hunc innitebat̃ rō p̄ma. 2ª pōt hoc cāri ex mō cognoscēdi. itellꝰ cognoscēs abstrahēdo a rebꝰ cuiꝰ est itellꝰ nr̄ impfectiꝰ cognoscit q̄ꝫ itellꝰ cognoscēs per silitudines a deriuatas ab ideis diuinis cuiusmodi est itellꝰ an

gelic⁹ ꝛ huic initebat rō 2ª.3° pōt hoc cāri a mō rep̄-
sentādi. Nā spēs inate per q̄s itelligūt angeli sūt pfe-
ctioris repn̄tatiōis q̄ spēs acq̄site per q̄s itelligimus
nos ꝛ huic initebat rō 3ª.4° pōt hoc ꝯtingē ex lumi
ne in quo fit talis repn̄tatio. ꝛ qꝛ lumē itellectuale in
quo itelligūt angeli est puri⁹ ꝛ actuali⁹ q̄ sit lumē nr̄z
iō pfecti⁹ cognoscūt. ꝛ huic innitebat rō q̄rta. vim tn̄
bui⁹ q̄rte rōnis sup attribuebam⁹ ipsi spēi repn̄tāti qō
pro tāto uerū est qꝛ spēs irradiata puriori ꝛ actualio
ri lumine pfecti⁹ repn̄tat. 5° pōt hoc ꝯtigē q̄ aliq̄a p-
fecti⁹ cognoscat ex ipo obīo cognito ut itell's coḡscēs
nām solām nō fm se sed fm esse qō hēt in suppositis
pfecti⁹ cognoscit q̄ itell's cognoscēs nām fm se tm̄ ul'
itell's cognoscēs nām ꝛ ea que sunt ꝯiūcta nāe pfecti⁹
cognoscit q̄ itellus cognoscēs ipsam nām p̄ter ea qui
bus est ꝯiūcta p̄ter ea q̄b⁹ ꝯiūcta est nā. ꝛ huic initebat
rō ultima. ¶ Postq̄ aūt dedim⁹ modū quō angelus
cognoscit singularia ꝛ adduxim⁹ rōnes hoc ostēden-
tes ad maiorē declarationē ꝓpositi volum⁹ declarare
totū modū angelice cognitiōis. Dicem⁹ eni q̄ āgelus
ī itelligēdo q̄druplr̄ se ꝯuertit. ꝛ hi⁹ q̄tuor ꝯuersiones
se hn̄t per ordinē. nā posito q̄ angelus itelligat p spēs
generū q̄ opꝫ ponē uel in oib⁹ uel saltē in supioribus
qui itelligūt per spēs uliores qō nō ꝯtingeret nisi in-
telligeret per spēs generū. p̄ma eni ꝯuersio erit ipsi⁹
angeli supra seip̄m. ꝛ hec est q̄si nālis. Scd̄a cōuersio
erit pro sue libertatis arbitrio sup aliq̄ spē prout sibi
placuerit ꝓut illa spēs est repn̄tatiua toti⁹ gn̄is. Ter
tia cōuersio erit sup illa eadēꝫ spē ꝓut est repn̄tatiua
hui⁹ spēi uel illi⁹. Quarta ꝯuersio erit sup hi⁹ spē pro
ut est repn̄tatiua hui⁹ idiuidui uel isti⁹. ꝓut aūt ange-
lus solū se cōuertit supra seip̄m sic cognoscit se ꝛ oēs
spēs q̄s hēt apud se. nā ut dictū est angelus cognoscēs
oia que sunt in sbīo. cū igit hi⁹ spēs sint in itell'u ange
li tanq̄ in sbīo ꝛ ipsa potētia itellectiua siue ipse intel
lect⁹ angeli sit in ipsa sb̄a angeli. angelus ꝯuertens se
soper seip̄m cognoscit suū itell'm ꝛ oēs spēs que sunt
in suo itell'o: ꝛ oia que sunt in ipso. ꝛ si cognoscit oēs
spēs cognoscit in quadaꝫ gn̄alitate q̄d repn̄tat queli-
bet spēs: utputa qꝛ hec spēs repn̄tat aīal aq̄ticuꝫ hec
aīal uolatile illa gressibile ꝛ alia hoc genus lapidis ꝛ
sic de singulis. ꝛ hec est p̄ma conuersio angeli. ꝛ si hi⁹
spēs per q̄s cognoscit sunt spēs generū ut suppositūꝫ
est per talē cōuersionē nihil cognoscit angelus distin
cte de aliq̄ nā spēi. nā per talē cōuersionē per se ꝛ pri-
mo nō cognoscit nisi seip̄m. uerū qꝛ dictū est q̄ ange-
lus hēt ita pfectū itellectuale lumē q̄ nō cōponit nec
diuidit. sed cognoscēdo sb̄m simplici ituitu cognoscit
ea que sunt in sbīo. iō cognoscēdo seip̄m cognoscit spe
cies itelligibiles que sunt in eo. ꝛ si cognoscit spēs in-
telligibiles cū spēs itelligibilis sit aliq̄d in cōparatio
ne ad oīm opꝫ q̄ in q̄dā gn̄alitate cognoscat oēs illa
rū spērū. ista ergo ut dictū est: est p̄ma ꝯuersio angeli.
¶ Post hāc aūt cōuersionē ut postq̄ angelus videt
seip̄m ꝛ videt oēs spēs que sūt in ipso ꝛ cognoscit q̄
hec spēs est repn̄tatiua hui⁹ gn̄is ꝛ illa illi⁹ alteri⁹ ge
neris ꝛ sic de singulis spēb⁹ tūc nō cāliter sed pro sue
libertatis arbitrio pōt se cōuertē sup hanc spēm que
est repn̄tatiua alterius gn̄is. hēt eni liberū arbitrium
ꝛ in ptāte sua est de quo genere vult cogitare. ꝛ fꝫ q̄
vult cogitare de aliquo gn̄e sic se cōuertit sup spēm il
lius gn̄is. ꝛ in hac scd̄a ꝯuersione itelligit distīcte spēs
illi⁹ gn̄is; sed nō itelligit ea que cōpetūt illis spēbus.
ut sunt tales spēs sed ut sunt sub gn̄e: qō iō contingit.
nā qui cognoscit gen⁹ pfecte cognoscit ea que differūt
diis gn̄is. ſꝫ nō pp̄ hoc cognoscet ea que dīnt nō diia
gn̄is. ꝛ qꝛ spēs diuidētes gen⁹ dīnt per diiam gn̄is. iō
angelus cōuertēdo se sup spēm hui⁹ gn̄is cognoscet
diias illi⁹ gn̄is. ꝛ coḡscet spēs diuidētes illō gen⁹. sed
nō pp̄ hoc cognoscet ea que cōpetūt cuilibet tali spēi
qꝛ per talē ꝯuersionē nō ꝯuertit se spāliter sup aliq̄s
hi⁹ spē: sed solū ꝯuertit se sup talib⁹ spēb⁹ ut sūt diuisi
ue gn̄is. ¶ Post hanc aūt scd̄am ꝯuersionē ut postq̄
angelus conuertit se sup hac spē repn̄tāte hoc gen⁹ ꝛ
ex hoc coḡscit spēs diuidētēꝫ illō gen⁹ ut sunt gn̄is di
uisiue in ptāte sua est facē ꝯuersionē tertiā ut spāliter
se cōuertat sup hi⁹ spē gn̄is ut spāliter est repn̄tatiua
hi⁹ spēi uel alteri⁹. est eni ut dixim⁹ angelus liberi ar-
bitrij. postq̄ ergo ꝯuertit se sup spē alicui⁹ gn̄is: utpu-
ta sup spē aialis uolatilis: ꝛ ex hoc cognoscit spēs di-
uidētes illud gen⁹ in ptāte sua est de qua spē vult co-
gitare. utrū de vulture uel de aq̄la. ꝛ fm q̄ vult cogi
tare spāliter de aliq̄ spē sic cōuertit se spāliter sup hi⁹
spē itelligibili ut est repn̄tatiua illi⁹ spēi: ꝛ ex hoc co-
gnoscet pticularia illi⁹ spēi. sed nō cognoscet pticula-
ria illa nisi ꝓut in eis hēt eē nā spēi ꝛ ꝓut hi⁹ pticula-
ria hēt diuidē spēm. ex hac aūt cōuersione tertia non
cognoscet q̄d cōpetat ul' q̄d accidat huic pticulari ut
hoc pticulare est. sed postq̄ videt per hāc ꝯuersionēꝫ
tertiā postq̄ cognoscit pticularia alicui⁹ spēi. tūc libe
ri arbitrij est de quo pticulari vult cogitare. ꝛ fm q̄
vult cogitare de aliquo pticulari spāliter sic ꝯuertit se
sup spē sua itelligibili: ut spāliter est repn̄tatiua illi⁹ p
ticularis: ꝛ ex hac cōuersione q̄rta cognoscet illō pti
culare ꝛ oia accn̄tia sua ꝛ actiones suas ꝛ ea que sibi
cōpetūt. hoc mō coḡscēdo sortē coḡscet asinū si circa
asinū opet sortes. ꝛ cognoscet lapides si circa asinūꝫ
opet sor. vnde per vna ꝛ eādē spēm pōt cognoscē ea
que sunt diuersoꝝ generū: nō fm q̄ sunt diuersoꝝ ge
nerū: sed fm q̄ sunt annexa suo sb̄o de quo spālit co-
gitat. dicem⁹ ergo q̄ semp qō est per se est posteri⁹ eo
quod est per aliud. In p̄ma ergo ꝯuersione per quam
nō cognoscit spēs fm se. sed solū ꝓut sunt aliq̄d i ipso
per talē ꝯuersionē nō hēt tātā cognitionē de obīo ali
cui⁹ spēi quātā hēt qn̄ spāliter se ꝯuertit sup illa spē.
Rursus qn̄ ꝯuertit se sup aliq̄ spē ut est repn̄tatiua to
ti⁹ gn̄is nō hēt tātā cognitionē de aliq̄ spē illius gn̄is
quātā hēt qn̄ se cōuertit sup hi⁹ spē itelligibili prout
spālit est repn̄tatiua illi⁹ spēi. 3° qn̄ se ꝯuertit sup hi⁹
spē itelligibili ꝓut est repn̄tatiua illi⁹ toti⁹ alicui⁹ spēi:
nō hēt tātā cognitionē de aliquo idiuiduo illius spēi
quātā hēt quāto postea se ꝯuertit sup hi⁹ spē itelligi-
bili ꝓut spālit est repn̄tatiua alicui⁹ idiuidui. ꝛ ex hoc
pōt patē tot⁹ modus ꝛ tot⁹ ordo cognitiōis angelice
ꝛ patē pōt quō angelus cognoscit singularia ꝛ ea que
sūt in singularib⁹. ¶ Declabim⁹ aūt que dixim⁹ p qō
dā grossūꝫ exm̄: utputa si q̄s ferat visūꝫ suū sup totaꝫ
paginā alicui⁹ q̄terni bn̄ videbit q̄ quelibet linea dīt
a q̄libet linea sed nō videbit quō lr̄e cui⁹ linee distigu
unt. Si aūt postea ferat visū suū spālit sup aliq̄ linea
ex hoc hēbit pleniorē cognitionē de lr̄is exn̄tibus in
illa linea. qꝛ forte ex hoc videbit quō quelibet lr̄a est
disticta ab alia: sed adhuc nō hēbit plenā cognitionē
de illis lr̄is: nec pp̄ hoc sciet legē lineā illā qꝛ q̄diu fe
rim⁹ visūꝫ nr̄m sup totā lineā nō possum⁹ legere lineā
sed si postea adhuc spālius feramus visum nr̄m super
aliquā ptē linee tūc possumus legere lineā ex quo ap
paret q̄ ꝯuersio specialior semp est efficacior.

Ad primū dicēdū q̄ argumētū est in ꝯr̄iū. ar
guit eni oppositū nō ꝓpositū. naꝫ
qꝛ itell's nr̄ est magis in potētia: iō min⁹ pōt cognoscē
pticularia sensibilia ꝛ mālia. vn̄ ꝛ in. 3. de aīa cōmen-

dat Anaxa. q̄ posuit itellm̄ simplicē ꝛ imālē ut pos
set mālia cogscē. dicim⁹ eni q̄ pupilla dz eē abscolor
s. debet carere colore ut possit oēs colores cognosce
re. sic ꝛ intellꝰ quāto imālioꝛ est: tāto pfectiorem co
gnitionē hēt ꝛ tāto magis pt mālia cognoscē. ¶ Ad
2m dicēdū q̄ mutatis reb⁹ ꝛ pgredietib⁹ rebus in eē:
uariat scia angeli: uel ex hoc aliqd accrescit scie ange
li: q2 aliq̄ incipit cognoscē que pluˢ non cognoscebat.
vñ fm Augm. 4. sup geñ. ad lram. demones quātum
ad sciām vigēt expiētia tempoꝝ: q2 multa fiūt in tpe
de qb⁹ pp pgressum rerū in eē cognitionē accipiunt.
aliqd igit accrescit angelis ex eo q̄ mutant res ꝛ pro
grediunt in eē. sed hoc nō est q̄ res agēt itellm̄ angeli
cū: pp qd directe ꝛ imediate ex mutatione rerū nō est
mutatio in scia angeli sed mediate ꝛ idirecte. dixim⁹
eni q̄ angelus per spēm itelligibilē quā hēt apd se co
gnoscit nām fm eē qd hēt in reb⁹: ꝛ q2 uariatis rebus
uariat nā fm eē: ex hoc sequit q̄ varie ex ɔñti cogni
tio angeli. uariatio ergo rerū uariat ipsam nām reruz
fm eē qd hēt in reb⁹: ꝛ per ɔñs uariat ipm obz cogni
tionis angelice. uariato aūt tali obō ex ɔñti ꝛ indire
cte opz q̄ sit aliqs modus uariationis in scia ipsi⁹ an
geli: nō q̄ angelus īcipiet hēre aliquā spēm qua pꝛius
nō hēbat. sed q2 ille eadē spēs cū repñtēt res fm eē
qd hñt uariatis reb⁹ fm tale eē opz q̄ hi⁹ spēs repñ
tēt res alr q̄ pꝰ repñtarēt. ¶ Ad 3m dicendū q̄ an
gelus nō cognoscit mām per potētiā purā q̄ hēat i se
spēm māe uel potētie pure: sed hēt in se spēs rez mā
liū. pp qd cognoscit res māles: ꝛ cognoscēdo res
māles cognoscit mām ꝛ formaz. ex quoꝝ cognitione
ɔstituunt mālia. argumētū ergo pcedebat ac si cogno
sceret mā per spēm pꝑam q̄ nō solū in angelo sed etiā
in ipso deo multi negarēt. dicerēt eni q̄ mā fm se nō
hēt ideā in deo pꝑam: sed cognoscit uel repñtat p ideā
eōpositi sicut sit factione cōpositi. sed hic itur ad aliā
mām. ꝛ forte distinguendū eēt de ideis put deserui
unt factioni uel ɔsiderationi. qcqd tñ sit in deo i ipsis
tñ angelis mā nō hēt pꝑam spēm. imo nec īdiuidua ha
bēt pꝑam spēm: imo per spēm ulem cognoscit pticula
ria ꝛ ea que sunt in pticularib⁹. ¶ Ad 4m dicēdū q̄
nō est sile de factione ꝛ de pñtatione. q2 potētia crea
di mām nō posset alicui agēti coicari nisi directe coi
caret ei q̄ hēret posse sup ipsam mām. sed in repñtati
one nō sic. nā aliqd sufficiēter facit q̄ aliquid cogscat
uel facit q̄ repñtet ut de eo habeat sufficiēs cognitio
absqz eo q̄ directe repñtet illud ut per spēm recti suf
ficit cognoscere obliquū. attñ spēs recti directe repñ
tat rectū nō obliquū. sic ēt mā cognoscit per anologi
am ad formā ut vult Aug⁹. 12. ɔfes. ꝛ ut vult phs pmo
phisi. nō hēt ergo in angelo aliā spēm mā: aliā forma:
aliā cōpositū. Sed tota nā cōposita ex mā ꝛ forma re
pñtatur per spēz quā hēt angelus apud se. angelus ita
q3 cognoscens hi⁹ nām per suā spēm intelligibilē cogs
scit mām ꝛ formā tanq̄ ptes illi⁹ nāe. per se ergo ꝛ di
recte spēs repñtat totu ꝛ facit cognoscē totū. ex ɔñti
aūt facit cognoscē tanq̄ exñtia in toto. ¶ Ad 5m di
cendū q̄ angelus cognoscit pticularia per spēs ules:
nō tñ pp hoc hēt cognitione futuroꝝ sicut pñtiū. naz
ut dicebat angelus per spēs ules cognoscit nām tanq̄
obm: sed cognoscit pticularia in qb⁹ hēt esse nā tanq̄
ɔiūcta obo. ꝛ q2 nō eodē mō sunt ɔiūcta nāe pticula
ria pñtia que sunt ei ɔiūcta actu: sicut pticularia futu
ra que sunt ɔiūcta nāe nō actu sed potētia. idō non opz
q̄ pari mō cognoscat futura sicut pñtia. uel possumus
dicē q̄ i idē redit q̄ angelus per spēs ules cogscit res
put hñt eē. ꝛ q2 nō eodē mō hñt eē pñtia ꝛ futura. idō
nō opz q̄ eodē mō cognoscat hec ꝛ illa. ¶ Ad sextū
dicēdū q̄ cognitio fit per assimilationē ꝛ maxime co
gnitio angelica quātū ad id qd cogscit directe ꝛ quā
tū ad pncipale obm. nō tñ opz q̄ cognitio fiat per assi
milationē quātū ad ea que cognoscit ex ɔñti. uel quā
tū ad ea que cogscit nō tanq̄ obm sz tanq̄ ānexa obo
ut si āgelus per spēm sbi cogscit sbm: ꝛ cogscēdo sbz
cogscit ꝑetates eius: q2 nō itelligit cōponēdo spēs. er
go sbti nō erit silitudo ꝑetatū. attñ in hi⁹ cognitione
angelus cognoscit sbm tanq̄ ꝑpriū obiectū. ꝑetates
vō cognoscit ex ɔñti ꝛ tanq̄ annexa ei. sic est in ꝑpo
sito per spēm ulem aliquā cognoscit nām tanq̄ obm.
pticularia vō in qb⁹ hēt eē illa nā cognoscit tanq̄ an
nexa obiecto. ¶ Ad 7m dicendū q̄ vna spēs directe
nō est rō repñtādi nisi vnū obiectuz per se ꝛ pmo. ex
ɔñti aūt vnū ꝛ idē pōt eē distincta rō repñtādi multa
uel ēt oia qd vitatē hēt in deo q̄ in angelis. deus autē
q2 cognoscit per vnū aliqd simplr ut per suā eēntiā: il
la vna eēntia per se ꝛ pmo nō repñtat nisi seipsam. sz
repñtādo seipsam per se ꝛ pmo repñtat ex ɔñti oia ꝛ
distincte oia fm q̄ oia aliter ꝛ alr se hñt ad deū. sic ꝛ
in angelo vna spēs repñtat vnū aliqd directe uel nāz
vni⁹ gñis uel nām vnius spēi si cognoscat per speciez
spēi. nec obstat q̄ nā gñis fm vitatē nō est nā vna: q2
qd nō est in reb⁹ sensibilib⁹ vnitiue in angelo qͦ est nāe
itellectualis ꝛ simplicis poterit eē vnitiue. potit enī3
in angelo per spēm vnā itelligibilē repñtari totū vnū
genus. totū g gen⁹ rñdebit tanq̄ vnū obm vni⁹ spēi. ꝛ
si angelus cognosceret qdditates rerū fm se: tūc sic i
tellꝰ nr̄ cognoscit tūc per talē vnā spēm gñis nō itel
ligeret nisi vnū aliqd. sed q2 ut dictū est angelus cogs
scit qdditates rerū fm eē qd hñt in reb⁹ tanq̄ forma
vna per spēm gñis cognoscet distincte plures formas
fm q̄ forma gñis hēt aliud ꝛ aliud eē fm aliā ꝛ aliaz
spēm. siue fm aliā ꝛ aliā formā. sem ꝑ ergo vna speci
es repñtat in angelo vnū fm se. ꝛ repñtat disticte plu
ra fm q̄ illud vnū hēt plura ꝛ distincta eē. ¶ Ad for
mā aūt arguēdi dicēdū q̄ id qd est vnū fm se sicut est
forma spēi in alio ꝛ alio indiuiduo erit aliā ꝛ alia rō
eēndi: q2 hēbit aliud ꝛ aliud eē uel idē qd est vnū: ꝛ si
nō fm se saltē fm acceptionē itellꝰ cui⁹ est forma gñis
erit alia ꝛ alia rō eēndi fm q̄ reseruatur in alia ꝛ alia
spe. ꝛ q2 vnū ꝛ idē in alio ꝛ alio pōt eē alia ꝛ alia rō
eēndi poterit eē alia ꝛ alia rō cognoscendi qd potissi
me erit in eo q̄ cognoscit res fm qd hñt eē. ¶ Ad 8m di
cēdū q̄ lz nō sit anologia in spe spālissima sed oia indi
uidua eiusdē spēi spāliter pticipēt nām specificaz. attñ
nō pticipāt nām illā fm vnū ꝛ idē eē in gñe. ergo quā
tū ad spēs est diuersitas ꝛ ineqlitas. nā reseruat natu
ra gñis in diuersis spēb⁹. ꝛ q2 nā gñis non est vna for
ma nō eqliter pticipatā a suis spēb⁹. In spe aūt q̄tum
ad idiuidua est diuersitas sed nō ꝑe ieqlitas. hēt enim
vna spēs diuersa eē in diuersis idiuiduis. sed eqlr pti
cipat ab oib⁹ illis. ꝛ q2 ut dictū est spēs in mēte ange
li repñtat nām fm eē qd hēt in reb⁹ suffic̄ q̄ vna spēs
possit disticte repñtare diuersa idiuidua cum nā hēat
disticta ꝛ diuersa eē i diuersis spēb⁹ idiuiduis. ¶ Ad
9m dicēdū q̄ cū dicit Chrisoˢ q̄ vn⁹ āgelus nō cogno
scit aliū nisi alꝰ uelit. nō est itelligēdū q̄tum ad ipsam
nām angeli: uel q̄tū ad ipm suppositū angelicū. cogs
scit enim vnus angelus nām ꝛ suppositū alterius an
geli. sed hoc pōt referri ad cogitationes ꝛ ad affectio
nes ipsius angeli. dicit enim de aliquo hoīe q̄ nullus
pōt euz cognoscere si ille hō teneat se clausum q̄ non
reuelet alqs cogitationes ꝛ affectiones suas. sic ēt in
ꝑposito vnus angelus nō cognoscit aliū nisi alius ue-

quitur angelus deo ⁊ loquit sibi in seipso: qꝛ non possunt eum latere intellectiones quas format. sed hoc modo non loquit vnus angelus alteri: qꝛ vnus angelus non cognoscit intellectiones alterius angeli. ¶ Tertio autem modo videlicet formando intellectionum expressiones loquunt angeli sibiinuicem. Sicut enim in potestate angeli est ꝯuertere se super quacūqꝫ vult specie ⁊ formare in seipso intellectionem: ita in potestate eius est conuertere se super quacūqꝫ intellectione ⁊ super quocūqꝫ uerbo intelligibili ⁊ formare eius expressionem. potest enim angelus ſm quodcūqꝫ suum uerbum intelligibile formare in seipso aliquod signum qđ erit expressiuum ⁊ manifestatiuum illius v̄bi: qđ signum alij angeli videntes percipiūt cogitationes ⁊ ꝯceptus illius angeli. ¶ Aduertēdum autē ꝙ sicut sup vno ⁊ eodem v̄bo ⁊ sup vna ⁊ eadem spē ⁊ sup eadē intellectione pōt se angelus ꝯuertere diuersimode: sic ſm diuersas cōuersiones poterit formare in seipso diuersas expressiones: utputa si aliquis angelus intelligat per spēꝫ uolatilis poterit se sup illa specie conuertere ut representat uolatilia generaliter: ⁊ ut representat hanc speciem uolatilis: utputa vulturē uel aquilam specialiter: ⁊ ut representat hunc singularem vulturem uel hanc singularem aquilam particulariter. per vnam enim ⁊ eandem speciem in se non diuersificatam: sed solum ſm ordinem uoluntatis in aliud ⁊ aliud relatam potest angelus diuersimode se cōuertendo diuersa intelligere. ⁊ qđ dictuꝫ est de specie intelligibili ueritatem habet de intellectione ⁊ de uerbo intelligibili. In vnico eniꝫ uerbo intelligibili in se non diuersificata sed ſm ordineꝫ uoluntatis in aliud ⁊ aliud relata potest angelus diuersa cognoscere. utꝝ autem possit illa cognoscere simul uel qualiter. ⁊ quomodo possit simul cognoscere plura. ⁊ quomodo nō est in anterioribus questionibus patefactum. ⁊ qđ dictum est de uerbo intelligibili ⁊ de specie ueritatē habet de ipsa intellectione. sed de expressionibus intellectionum siue de signis intelligibilibus per que loquitur angelus non sic est. nam quot modis se conuertit angelus super sua specie intelligibili. ⁊ quot modis refert suam intellectionem tot format illius intellectionis expressiones. non enim eandem expressioneꝫ nec idem signum intelligibile formabit angelus prout cōuertit se super speciem uolatilis ut representat omnia uolatilia generaliter ⁊ ut representat hanc specieꝫ uolatilis specialiter ⁊ ut representat hoc particulare uolatile singulariter: immo quot erūt ibi huiusmodi cōuersiones tot erunt ibi signa intelligibilia ⁊ intellectionum expressiones. ⁊ inde est ꝙ hu⁹ expressiones intellectionum siue hu⁹ signa intelligibilia sunt angelis patentia. sed ipse intellectiones ⁊ ipsa uerba intelligibilia sunt eos latentia: qꝛ qđ uerbū siue intellectio cōtinet vnitiue expressiones uerborum ⁊ intellectionū ꝯtinent sparsim ⁊ distincte ⁊ particulariter: ut si videat angelus superior in angelo inferiori speciem uolatilis esse factam in actu ⁊ videat intellectionem inde generatam ⁊ uerbum inde formatum bene scit ꝙ cogitat de uolatilibus. sed nescit utrum cogitet de eis generaliter. uel si de aliqua specie cogitat specialiter: uel de aliquo particulari singulariter. Sed postq̄ angelus format in seipso sue intellectionis expressioneꝫ ⁊ exprimit utrum cogitet de uolatili generaliter uel specialiter uel singulariter: ita ꝙ ſꝫ ꝙ uario modo cogitat: sic uario modo exprimit: tūc incipit alteri angelo per hu⁹ expressionem esse patens qđ prius erat latens. igitur hoc tertio modo loquendi formando intellectionum expressiones loquuntur angeli sibiinuicem. ¶ Quarto auteꝫ loquendi modo videlicet per applicationem virtutum ad aliqđ corpus sine trāsmutatione corporis loquuntur ⁊ angeli sibiinuicem. hꝫs enim duobus modis. videlicet tam per intellectionis expressionem q̄ per virtutis applicationem dum tamē fit illa applicatio sine transmutatione materie: ita possunt angeli loqui nobis. nam illas expressiones intellectionum quas formant videre non possumus: qꝛ nec habent fantasma nec sunt proportionate habentibus fantasma. Sicut enim ipsa essentia angeli est supra intellectum nostrum: qꝛ non possumus eam essentialiter intelligere: qꝛ nec est sensibilis nec proportionata sensibus: sic ⁊ quecunqꝫ sunt in eius essentia siue sint potentie siue perfectiones potētiaruꝫ: ut siue sint intellectiones siue expressiones intellectionum sunt improportionate nobis ⁊ latent nos. ⁊ sicut locutio angelorum facta per expressiones intellectionum latet nos: sic ⁊ locutio eorum facta per solam applicationem virtutis absqꝫ transmutatione materie ⁊ absqꝫ signo sensibili latet nos. naꝫ hoc modo ut diximus loquitur angelus qꝛ potest per suam applicationem virtutis varias figuras in celo empireo uł in aliquo alio corpore describere. nam ut patuit sicut quis potest in pergameno varias describere figuras quia potest ibi uario modo applicare attramentum: sic pari ratione poterit angelus in quocūqꝫ corpore varias describere figuras. qꝛ potest ibi uario modo applicare v̄tutē. potest enim pro sue uoluntatis arbitrio applicare suam virtutem ad partem alicuius corporis triangularem uel quadrangularem uel etiam alterius cuiuscunqꝫ figure. ⁊ ideo sicut nos loquimur per litteras applicando ad pergamenum diuersimode attramentuꝫ sic ipsi possunt loqui applicando diuersimode ad corpus virtutem suam. quare ut dicebamus sic impossibile eēt alicui loqui per litteras nisi videret attramētum quo descripte sunt littere. sic īpossibile est ꝙ angeli hoc modo locutionis loquantur hominibus. qꝛ nō possunt homines illas virtutes intueri per quas ſm varias applicationes fit varia descriptio figurarum. ¶ Sed quinto modo locutionis prout applicant v̄tutem suam transmutando materiā: siue prout loquūtur per sensibile signum ⁊ per materie transmutationem: siue illa transmutatio materie sit quantum ad organum fantasticum: qꝛ reducēdo spiritus ⁊ humores ubi reseruantur similitudines sensibilium ad hu⁹ organum faciendo ibi ex hoc diuersas imagines apparere siue sit talis mā̄e transmutatio qꝛ pn̄t in ipo aere exteriori diuersos sonos formare pn̄t loqui angeli ⁊ hoībus ⁊ sibiinuicē ut est per hīta manifestū. oīb⁹ ergo hꝫs modis dnque loquunt angeli. excepto ergo p̄mo mō loquēdi ꝓut loqtur angelus per solam cordis patefactionē: ſꝫ quē modū loquit soli deo: in quo mō loquēdi non ꝑꝑrie formant: nam ipsa v̄ba intelligibilia sunt signa rerum. ipse aūt exꝑssiones intellectionū ⁊ uarie descriptiones figurarum ſm variam applicationē virtutis ⁊ etiam varia signa sensibilia que fiunt ſm transmutationem materie sunt signa uerborum intelligibilium ⁊ ipsorum conceptuum. Sed aliter ⁊ aliter sunt omnia ista signa. Dicemus enim ꝙ angelus pōt loqui per signa quadrupliciter. qꝛ aliquādo loquit per signa intellectualia intrinseca ⁊ latētia. aliquando per signa intellectualia intrinseca ⁊ non latētia. aliquādo quidē per signa intellectualia que nec sunt intrinseca nec la-

tentia. Sed põt ⁊ quarto modo loqui per signa que nec sunt intellectualia nec itrinseca nec latẽtia sed sũt sensibilia extrinseca ⁊ patentia. nam ~~enim~~ angelus loquitur formãdo uerba intelligibilia siue intellectiones: sm quem modũ loquitur sibi ⁊ deo loquitur per signa intellectualia intrinseca ⁊ latentia. hu° enim uerba signa sunt qꝛ sunt repñtatiua naturarum rerum. intellectualia sunt quia sunt in ipso intellectu. intrinseca sunt qꝛ sunt in ipso angelo. latẽtia sunt qꝛ hu° uerba intelligibilia que sunt in vno angelo latẽt alium angelum qꝛ non põt vnus angelus per hu° uerba videre cogitatio nes alterius angeli. sed cũ angeli loquunt secũdo modo. videlicet per expressiones intellectionum hu° expressiones signa sunt qꝛ sunt signa expressiua ⁊ manifestatiua uerborum intelligibilium. sunt etiam talia signa itellectualia ⁊ itrinseca qꝛ sunt in ipso angelo ⁊ in itellectu eius: tamen non sunt latentia sed patentia qꝛ non latẽt alium angelũ sed patẽt ei. sed cum loquũtur angeli tertio modo per solam applicationẽ virtutis absqꝫ trãsmutatione materie loquunt per signa intellectualia sed non intrinseca nec latentia. figure enĩ descripte per hu° applicationem virtutis signa sunt quia sunt signa uerborũ intelligibilium: ⁊ intellectualia sũt ut appellemus intellectuale quicquid nõ potest comprehendi sensu sed intellectu. sed hu° signa non sunt intrinseca: qꝛ non sunt in ipso angelo sed magis sunt per applicationem virtutis ad corpus exterius. sunt etiã talia signa patẽtia cum per talia signa loquatur uel loqui possit uel patefacere possit conceptus suos alteri angelo. Sed quarto modo locutionis ut loquitur angelus transmutando materiam corporalem faciendo ibi apparere aliqua signa sensibilia in tali locutione loquitur angelus per signa: sed illa signa nec sunt intrinseca qꝛ sunt in materia exteriori. nec sunt intellectualia qꝛ sunt sensibilia. nec sunt latentia sed sunt patentia cũ per ea possit patere conceptus suos. ¶ Uiso quot modis loquuntur angeli ⁊ quomodo diuersimode loquuntur per signa: uolumus enumerare quot modis nos loquimur: ⁊ quomodo in locutionib° nostris est aliquid naturale uel uoluntariũ ut ex eis que sunt in nobis possumus ascendere ad ipsas locutiones angelicas quomodo ibi reperiat naturale ⁊ uoluntarium. vident enim sancti ut patet per Aug^m. 15. de trini. ca° 10. ⁊ 11. distinguere in nobis ~~diplex~~ uerbum. videlicet intellectuale: imaginarium: ⁊ sensibile. sed cum loqui idem sit ꝙ formare uerbum. quot modis uerba formamus tot modis ⁊ loquimur. vnde ⁊ Aug°. 15. de trini. ca°. 10. vult ꝙ non solũ loquamur exterius ore per uerba sensibilia. sed loquamur interius in corde siue ĩ intellectu per uerba intelligibilia. ⁊ sicut formatio uerbi intelligibilis dicitur locutio. ⁊ formatio uerbi sensibilis locutio uocatur. sic ⁊ formatio uerbi imaginabilis locutio dici potest. loquitur ergo intellectualiter: imaginabiliter ⁊ sensibiliter. sed accipiendo locutionem large pro quacũqꝫ manifestatione conceptuũ nostrorũ: possumus addere ⁊ quartum locutionis modum ut dicamus ꝙ loquimur passionaliter ut per passiones aggeneratas in nobis. nam per passiones in nobis factas angeli ⁊ demones multa possunt videre de cõceptibus nostris: ut si videat angelus uel demon ꝙ cogitamus de inimico ⁊ ~~in ponendo~~ ꝙ videat ꝙ cogitemus de fuga inimici. nescit tamen ut supra diximus si cogitemus de hu° fuga affirmatiue uel negatiue: qꝛ in intellectu affirmatio ⁊ negatio non habent distinctum conceptum sm se sed solum sm rationem ⁊ ordinem uoluntatis. sed hoc ꝙ angelus non cognoscit sꝫ se potest ei patefieri per passiones aggeneratas in nobis: ut si videat nos cogitare de fuga inimici ⁊ videat nos passionari passione calidi statim cognoscet ꝙ cogitamus de fuga negatiue. cognoscet enĩ ex hoc nos esse audaces. ideo cognoscet ꝙ non proponimus fugere. sꝫ si videat nos passionari passione frigidi cognoscet nos esse timidos: ⁊ cognoscet ꝙ nos cogitamus de fuga affirmatiue. cum ergo quatuor modis loquamur aliqua locutionum nostrarum est penitus naturalis: aliqua penitus uoluntaria: aliqua partim uoluntaria. Nam si loquamur: idest si patefacimus conceptus nostros per passiones talis patefactio siue talis locutio est naturalis ⁊ quantum ad passionum formationem: ⁊ quantum ad passionũ representationẽ. cum enim cogitamus de fuga inimici non est in potestate nostra nec subiacet omnino uoluntati que passio formetur uel aggñetur in nobis. qꝛ aliqui naturaliter sunt timidi: ⁊ aliqui naturaliter audaces. ⁊ timidi naturaliter passionantur passione frigidi eo ꝙ in timore refugit sanguis ad cor propter qđ remanent membra frigida. vnde ⁊ consueuerũt membra timẽtis tremere: qꝛ propter recessum sanguinis remanent nerui lassati ⁊ debilitati ⁊ infrigidati ut nõ possint bene cõiungere adinuicem membra. Rursus non solum aggeneratio talium passionum est quodãmodo naturalis qꝛ non est in potestate nostra: sed etiam ipsa representatio facta per tales passiones naturalis est. nam naturale est ꝙ infrigidatio dat intelligere timidum ⁊ cogitantem de fuga affirmatiue. calefactio dat intelligere audacem ⁊ cogitantem de fuga negatiue. talis ergo locutio est quodãmodo omnino naturalis. sed cuꝫ per uerbum sensibile ~~exprimitur~~ ~~uerbum~~ intelligibile talis locutio est omnino ad placitum ⁊ uoluntaria. ⁊ quantum ad uerborum formationem: ⁊ quantum ad uerborum formatorum significationem. quantum ad uerborum formationeꝫ qꝛ in potestate nostra est postꝙ cogitamus interius uerbum ~~sensibile~~ formare uł non formare exterius uerbum sensibile ita ꝙ ipsa uerborum sensibilium formatio est uoluntaria: sic etiam uerborum formatorum significatio uoluntaria est. nã ad placitum est ꝙ tale uerbum formatum exterius significet hoc uel illud. sic etiam representatio uerbi intelligibilis per uerbum imaginabiliter uoluntaria est ⁊ quantum ad uerborum formationem: ⁊ quantuꝫ ad uerborum formatorum significationem. uerbum enĩ imaginabile ipsiuꝫ leonis non appellamus ipm fantasma leonis: ~~uel non appellamus~~ ipsum fantasma leonis uel ipsum idolum formatum in fantasia: quia hoc non est ad placitum. sed uerbum imaginarium ipsius leonis possumus appellare hanc uocem imaginatam que est leo. huiusmodi autem uerbum imaginarium per quod representatur uerbum intelligibile est ad placitum: ⁊ quantum ad uerbi formationem: ⁊ quantum ad uerbi formati representationem. nam lꝫ non possimus intelligere leonem nisi formemus nobis fantasma leonis: possumus tamen intelligere leonem absqꝫ eo ꝙ imaginemũs hanc uocem leo: uel absqꝫ eo ꝙ imaginemur quamcunqꝫ aliam uocem sensibilem. Imaginatio ergo talis uocis est ad platitum. Rursus significatio per talem uocem imaginatam ad placitum est. Nam ꝙ hec uox imaginata que est leo significet naturam leonis uel aliquam aliam naturam ad placitum est. Possemus enim cuilibet rei nomen quodlibet imponere. locutio ergo passionalis

est quasi omnino naturalis. Sed locutio imaginaria
prout per uocem imaginatam. uel prout per uerbum
imaginabile exprimimus uerbū intelligibile est omni
no ad placitum. sic etiam locutio sensibilis prout per
eam representat uerbum intelligibile ad placitū est.
vno ergo modo loquimur oīno naturaliter. duobus
autē modis oīno ad placitū. duobus etiā modis lo-
quimur partim ad placitū ⁊ partim naturaliter. nam
per uerba intelligibilia prout per hu͛ uerba represen
tantur ipse nature rerum loquimur partim ad placi-
tum ⁊ partim a natura. nam uerborū formatio est ad
placitū. sed uerborū formatoꝝ representatio est a na
tura. nam in potestate nostra est intelligere per hanc
spēm intelligibilē uel per illā ⁊ formare hoc uerbuz
intelligibile uel illud. ita ꝙ q̄tum ad hoc ipsa uerbo
rum formatio subiacet beneplacito. sed uerboꝝ for-
matorū representatio nō est ad placitū sed a natura.
naturale est enim ꝙ per tale uerbū intelligibile ⁊ per
talē conceptū representet hec natura rei ⁊ nō alia. ⁊
ideo talia sunt eadē apud omnes. id enim idē ꝙ con-
cipit aliquis homo latinus de leone concipit hō gre
cus uel arabs. idem enim uerbū intelligibile de natu
ra leonis formāt arabes greci ⁊ latini. sic etiā locutio
per uerba sensibilia prout per hu͛ uerba exprimūtur
nō uerba intelligibilia sed uerba imaginaria ⁊ uoces
imaginate est partim ad placitum ⁊ partim a natura.
locutio ergo sensibilis per uerba exteri͛ prolata. vno
modo est penit͛ ad placitū. videlicet prout per talia
uerba sensitiua exprimūtur uerba intelligibilia. ⁊ ta-
lia uerba sensibilia non sunt eadē apud omnes qꝛ idē
uerbuz intelligibile apud diuersas figuras. siue apud
diuersas gentes exprimitur per aliud ⁊ aliud uerbuz
sensibile. alio modo hu͛ locutio sensibilis. videlicet ꝓ
ut per eam exprimitur uox imaginata siue uerbū ima
ginabile est partim ad placituz ⁊ partim a natura. nā
talium uerborum formatio est ad placitum. postꝗ
enim imaginati sumus aliquā uocem in potestate no
stra est exprimere illam uocem imaginatā per uo-
cem extra sensibiliter prolatā uel non exprimere cau
sati taliū uocuz formatarum uel talium uerborū for
matorum representatio ⁊ significatio non est ad pla-
citum. Nam leo ut est uox prolata nullā aliā uocem
imaginatā representat. sed solum representat seipsaz
in imaginatione cōceptā. ⁊ hoc est idē apud omnes.
hanc enim uocem imaginatam que est leo nullus po-
test sensibiliter extra proferre nisi formando hācque
est leo. ⁊ inde est ꝙ phus de significatione uocum vi-
detur sibi cōtradicere. naz in periarm̄. distinguit quas
dam uoces esse significatiuas ⁊ quasdam non signifi
catiuas. In scdo autē de anima diffinit uocē per esse
quid significatiuū. cum ergo qōlibet diffinitiuuz de-
beat uniꝰ predicari de diffinito. si esse significatiuum
est diffinitiuū uocis oportet ꝙ cōueniat omni uoci. ꝓ
pter qd̄ ad saluandū dictum phi oportet distinguere
de significatiuo. nam uox potest esse dupl͛r significa-
tiua. vno quidē modo prout significat uerbū menta
le uel conceptionem intellectus. ⁊ sic non omnis uox
est significatiua. qꝛ non omnis uox est instituta ad si-
gnificandū. alio modo dicit͛ uox significatiua. qꝛ uox
prolata significat seipsam in imaginatione conceptā.
⁊ sic omniꝫ uox est significatiua. qꝛ nulla est uox extra
prolata nisi sit prius in imaginatione concepta. ꝙ si
cogeret ex ore emittere aliquem strepitum sine con-
ceptione imaginatiua ille strepitus non esset uox sed
sonus tm̄. vnde ⁊ in secundo de anima in capitulo de
uoce dicitur ꝙ tussis non est uox. nam strepitum illū
quem cum tussimus sine imaginatione prīma proferi
mus. ideo talis strepitus non habet rationem uocis.
locutio ergo extra prolata licet per comparationem
ad uerbum intelligibile sit simpliciter ad placitū. per
comparationem tamē ad uocez imaginatā est ad pla
citum ⁊ non ad placitum. qꝛ in potestate nostra est ut
diximus formare uel non formare uocē exteriorem.
tamen q̄tum ad significationem ⁊ expressionem per
comparationem ad imaginationem ⁊ expressionem
non est ad placitum. immo quelibet uox exterius ꝓ-
lata determinate significat seipsam ⁊ non aliam uocē
in imaginatione conceptam. cuz ergo quadrupliciter
loquamur. videlicet per passiones in nobis aggene-
ratas. per uerba intelligibilia in mente concepta. per
uoces in imaginatione formatas. ⁊ per uerba sensibi
lia exterius prolata. Prima locutio per passiones in
nobis aggeneratas est quodammodo omnino natu-
ralis. Secunda autem locutio per uerba intelligibi-
lia in mente concepta est partim naturalis ⁊ partim
ad placitum. nam talium uerborum formatio est ad
placitum. eorum autem significatio uel representatio
non est ad placitum sed est ut exigunt nature rerum.
quia sicut res se habet ad esse ita ad cognosci ⁊ ad re
presentari. non enim quelibet representatio loquen-
do de representatione facta per uerbum intelligibile
est uel esse pōt cuiuslibet nature. sed determinata na
tura requirit determinatum intelligibile uerbū. Ter
tia autem locutio que fit per uoces imaginatas siue
per uerba imaginaria est simpliciter ad placitū. Sed
quarta locutio fit per uoces sensibiles extra prolataꝫ
cum possit referri ad duo ad imaginationem ⁊ ad in
tellectum. prout refertur ad intellectum est simplici-
ter ad placitum. sed prout refertur ad imaginationē
est ad placitum ⁊ non ad placitum. ut est per habita
iam declaratum. ¶ Habito quot modis loquuntur
angeli. ⁊ quot modis nos loquimur. ⁊ quomodo lo-
cutiones nostre sunt ad placitum ⁊ non ad placitum.
uolumus ex hoc procedere ad declarationem princi
palis intentionis videlicet quō locutiones angelorū
sint ad placituz ⁊ quomodo non. diximus enim ꝙ an
geli loquūtur quinqꝫ modis. videlicet per cordis pa
tefactionez prout loquuntur soli deo. per intellectio
nis formationem prout quilibet angelus loquitur si
biipsi. per intellectionis formate expressionez prout
vnus angelus loquitur alteri. per virtutis applicatio
nem prout etiam angeli possunt loqui ad se inuicez. ⁊
per transmutationem exterioris materie prout ange
lus potest loqui tam homini ꝙ angelo. ¶ Prima au
tem locutio est omnino naturalis. nam non est in po-
testate angeli claudere uel nō claudere cor suum deo
immo dato ꝙ nollet semper cor eius esset patefactū
deo. ¶ Secunda autem locutio prout loquitur for
mando intellectionem ⁊ uerbum intelligibile est par
tim ad placitum. ⁊ partim ad non placitum. nam q̄-
tum ad uerborum formationem est ad placitum. naz
in potestate angeli est conuertere se super aliqua spe-
cie ⁊ formare inde uerbum intelligibile uel non con-
uertere se ⁊ non formare hu͛ uerbū. sed q̄tum ad uer
borum formatorum representationem non est sim-
pliciter ad placitum. nam quodlibet uerbum forma
tum potest esse representatiuum cuiuslibet nature
rei. sed est ibi determinatus modus representandi.
ita ꝙ hoc uerbum representat hanc naturam: utpu-
ta naturam animalis uolatilis. aliud uerbum aliam
naturam utputa naturam animalis aquatici. ⁊ sic de
representationibus aliqs. attamen quia angeli pos-

sunt intelligere per species generum in uno ⁊ eodez uerbo possunt diuersa intelligere ſm ꝙ diuersimode se conuertunt super sua specie siue super suo uerbo intelligibili. ¶ Tertia etiam locutio que est per intellectionis siue per uerbi intelligibilis expressionez est etiam ad placitū ⁊ non ad placitum. nam q̄tuz ad talium expressionum formationem est talis locutio ad placitum. nam postq̄ angeli in seipsis formauerunt intellectiones ⁊ uerba intelligibilia in potestate eoruz est formare talium intellectionum ⁊ talium uerborū intelligibilium expressiones. sed q̄tum ad talium expressionum representationem hu⁹ locutio non est ad placitum: q2 non quelibet expressio est representatiua cuiuslibet uerbi intelligibilis uel cuiuslibet intellectionis. sed oportet ꝙ aliarum ⁊ aliarum intellectionum siue aliorum ⁊ aliorum uerborum intelligibiliū sint alie ⁊ alie expssiões. ¶ Quarta aūt locutio que fit per virtutis applicationem est simpliciter ad placitum. nam ꝙ angelus applicando virtutē suā faciat diuersas scriptiones in aliquo corpore est ſm suum beneplacitum. Rursus ꝙ ille descriptiones representēt hoc uel illud est etiam ſm angelorum beneplacituz. Sicut ergo nos possumus man⁹ nostras diuersimode applicare ad aerem ⁊ ſm alium ⁊ alium motū manuū possumus aliud ⁊ aliud significare. ita ꝙ omnis hu⁹ significatio est ſm placitum: ita ꝙ nullus motus manuum ſm se magis representat hoc q̄ illud. immo si uellemus quemlibet motuz manus possemus instituere ad q̄dlibet representandum. sicut etiam angeli ſm ꝙ diuersimode applicant virtutes suas ad aliq̄d corpus possunt per hu⁹ applicationes suos concept⁹ representare. quelibet tamen talis representatio erit ad placitum. ¶ Quinta etiā locutio que fit per trāsmutationem materie est etiam ad placitum. nam ꝙ uoces formate in aere representent hoc uel illud ad placitum est. Rursus ⁊ in organo fantastico possunt facere apparere non solum imagines sed etiam similitudines uocum. Si ergo loquantur per apparitionem imaginum non erit talis locutio simpliciter ad placitum. imago enim hominis non representat leonem. nec quelibet imago quodlibet representat. sed si loquantur faciendo in organo fantastico apparere similitudines uocum. ~~Si ergo loquantur per applicationem~~ talis locutio erit simpliciter ad placitum. In spiritibus enim ⁊ in humoribus reseruantur non solum imagines rerum. sed etiam similitudines sonorum ⁊ uocuz. sicut ergo possunt angeli aerē scindere ⁊ formare ibi uoces siue sonos sic possunt mouere spiritus ⁊ humores ubi reseruantur similitudines sonorum siue uocum ⁊ facere tales similitudines apparere in organo fantastico. propter quod talis locutio simpliciter ad placitum. q2 sicut ad placitum est ꝙ uoces extra formate significent hoc uel illud: ita ad placitum est ꝙ uoces imaginatiue uel ꝙ similitudines uocū in imaginatione existentes hoc uel illud significent. apparet ergo quomodo locutio angelorum est naturalis ⁊ quomodo non ⁊ quomodo signa ⁊ per que loquūtur angeli sunt naturalia ⁊ que non. quia uerba intelligibilia ⁊ expressiones uerboꝝ q̄tum ad eorum formationem sunt signa ad placituz sed q̄tum ad eorum representationem non sunt ad placitum. immo est ~~existentia~~ talium signorum ꝙ talia representent. descriptiones autem facte in exteriori corpore per applicationem virtutis ⁊ uoces formate in exteriori aere ⁊ similitudines talium uocum apparentes in imaginatione sunt simpliciter ad placitum. ⁊ q̄tum ad formationem ⁊ q̄tum ad representationem. ¶ Postq̄ declarauimus questionis ueritatem quomodo locutio angeli naturalis est ⁊ quomodo non propter argumenta ut dicebamus uolumus declarare si sit possibilis in hu⁹ signis processus in infinitū. ⁊ si possit circa talia signa accidere mēdaciuz. propter qd̄ sciendum ꝙ in uerbis intelligibilibus uel in ipsis intellectionibus non est possibilis processus in infinitum. nam sicut species intelligibiles in angelo non sunt infinite ita nec intellectiones nec uerba intelligibilia possunt esse infinita nisi forte per replicationem. nam cū angelus conuertit se super aliqua specie ⁊ format inde intellectionez uel uerbū intelligibile. si postea desinat cogitare ſm illaz speciem desinet ibi esse illa intellectio ⁊ illud uerbum intelligibile. ⁊ si rursus uelit supra eadem specie se conuertere iterū formabitur ibi hu⁹ uerbum ⁊ hu⁹ intellectus non eadem numero sed eadem specie. nam quorum substantia deperit non redeunt eadem ~~in~~ numero naturaliter loquendo. ⁊ q2 uerbum illud ⁊ illa intellectio desinit esse quando desinit angelus cogitare si rursus uelit cogitare de eodem rursus ut dicebamus formabitur ibi eadem intellectio ⁊ idem uerbuz. ⁊ q2 semper potest desinere cogitare ⁊ semper potest iterū cogitare de eodē semp replicabitur ibi idem uerbum ⁊ eadem intellectio nō numero ut diximus sed specie. per hu⁹ ergo replicationem uerba ⁊ intellectiones possūt ibi ire in infinitum: non ꝙ uerba que sunt ibi actu formata sint infinita. nam cū angelus non fuerit ab eterno sed incepit esse uerba formata ab eo non poterūt esse infinita. sed dicimus ꝙ ſm replicationem est ibi processus in infinituz: q2 semper potest desinere cogitare de aliquo ⁊ semper potest redire ut cogitet de eodem. ⁊ iteruz potest postea desinere cogitare ⁊ iterum postea desinere cogitare ⁊ iterum postea redire ut cogitet ⁊ hoc in infinitum. propter quod semper poterit replicare idem uerbum ⁊ hoc in infinitum. Sic ergo dicendum est ꝙ de ipsis intellectionibus ⁊ de uerbis intelligibilibus ꝙ non semper possunt formari alia ⁊ alia uerba in infinituz sed semper possunt ibi replicari eadem uerba modo quo dixim⁹ in infinitum. sed de ipsis expressionibus uerborum siue de ipsis signis intelligibilibus per que angelus manifestat suas cogitationes ⁊ suos conceptus non uidemus nec rationem nec causam quin talia possint ire in infinitum. nam ut diximus hu⁹ signa diuersificātur ſm diuersas conuersiones angelorum. nam ut posuimus exēplū. si angelus intelligat per spēz uolatilis ⁊ cōuertat se super hu⁹ speciē ad cogitandū de uolatilibus generaliter. si uelit hu⁹ cōceptū manifestare alteri angelo formabit in se expressionez illius cōceptus representantē qd̄ cogitat de talibus generaliter. Si vo sup eandē spēm se cōuertat ut cogitet de aliq̄ specie auiū specialiter ſz hu⁹ ꝯuersionē formabit expressionē aliā hoc etiā representātē. ſm igit̄ vnā ⁊ eandē spēm sūt multe. imo possunt esse infinite cōuersiōes. ⁊ q2 cuilibet ꝯuersioni respōdet ꝓpriū signū ⁊ ꝓpria expressio nullū vi icōueniēs: si tales expssiões uadāt in ifinitū: ⁊ potissime q2 per spēs q̄s hn̄t angeli apud se possūt ꝑticularibus cogitare. q2 ergo hu⁹ particularia possūt ire in ifinitū ⁊ expressiones in ifinitū ibunt ut si angelus cōuertat se sup spēm quā hz ad cogitandū de hoc particulari hoīe ⁊ uelit hu⁹ ꝯceptū alteri āgelo manifestare formabit in eo quedā expssio que ꝓpe repn̄tabit hoc ꝑticulare. ⁊ si iterū per eādē spēm uelit cogitare de alio particulari homine formabitur

etiam in eo alia expressio representans proprie illud aliud particulare. ⁊ quia ut diximus particularia possunt ire in infinitum nullum videtur inconveniens talia signa in infinitum ire. habent se enim hi' expressiones ⁊ hi' signa apud angelos sicut nomina se habent apud nos. sicut enim cuilibet particulari possumus imponere aliud ⁊ aliud nomen ⁊ hoc in infinitum sicut quelibet conceptum de re particulari. potest angelus exprimere per aliam ⁊ aliam expressionem ⁊ hoc in infinitum. quod non intelligendum est q expressiones actu formare possint aliquando esse infinite. quia nec etiam nomina imposita sunt vel esse possunt infinita. nam infinitum non dicit aliquid in facto esse sed in fieri. Sicut ergo continuum potest dividi in infinitum q non possit esse actu divisum in infinitum. sed quia semper potest dividi semper dividi ⁊ hoc in infinitum. sic nomina apud nos possunt ire in infinitum. quia semper possumus imponere alia ⁊ alia nomina ⁊ hoc in infinitum. sic ⁊ expressiones conceptuum ⁊ signa intelligibilia apud angelos quia nomina apud nos vadunt in infinitum quia semper possunt formare alia hi' signa semper alia ⁊ hoc in infinitum. differunt tamen representationes per nomina apud nos ⁊ representationes per expressiones conceptuum apud angelos: quia nomina apud nos sunt simpliciter ad placitum ⁊ quantum ad eorum formationem quia pro libito possum' ea formare vel non formare. ⁊ quantum ad eorum significationem ⁊ representationem quia hi' nomina secundum libitum nostrum sunt significativa ⁊ representativa rerum. sed expressiones in mentibus angelorum licet quantum ad earum formationem sint ad placitum quia possunt angeli hi' representationes formare quando volunt suos revelare conceptus: vel non formare quando volunt hi' conceptus occultare. representationes talium expressionum non sunt ad placitum immo determinate talis expressio representat talem rem: immo ipsa particularia quantumcunque sint eiusdem speciei non habent easdem expressiones. ⁊ inde est q in nostris nominibus coincidunt multe equivocationes. sed in illis expressionibus nulle equivocationes sunt. sed semper alii ⁊ alii conversioni respondet alia ⁊ alia expressio. Nam licet angelus per eandem speciem possit cogitare de hoc homine particulari singulariter ⁊ de alio etiam particulari singulariter non tamen hoc erit per eandem conversionem. sed prout se convertit super illa specie hoc modo vel secundum hanc conversionem. sed intelligeret hoc particulare prout super eandem speciem se convertit alia conversione intelliget aliud particulare. ⁊ quia numerus expressionum non correspondet numero specierum sed numero conversionum quot sunt ibi conversiones tot sunt ibi expressiones. attamen inter ipsas expressiones potest etiam esse differentia maior ⁊ minor. nam plus differunt particularia diversarum specierum ut hic homo ⁊ hic equus quam particularia eiusdem speciei. ut quam duo particulares homines. sic etiam ⁊ in ipsis expressionib' plus differrent expressiones representantes particularia specierum diversarum quam representantes particularia eiusdem speciei. attamen expressiones ille quantumcunque representent particularia eiusdem speciei non erunt expressiones eedem per se ⁊ secundum se representantes representent aliud ⁊ aliud particulare. videmus etiam simile quia licet multum conveniant facies hominum adinvicem nunquam tamen reperiunt due facies omnino similes. q ergo in particularibus eiusdem speciei invenimus differentiam secundum quantitatem ⁊ materialiter in illis expressionibus erit differentia absque quantitate. ⁊ in expressionibus igitur si quolibet particulare habet suam propriam expressionem. oportet q tales expressiones possint ire in infinitum. q si alicui esset hoc valde horribile. q huiusmodi processus possint ire in infinitum. de levi posset vitare infinitatem illam. Dicemus enim q si angelus intelligat per speciem generis volatilia erit aliqua expressio q representans conceptionem angeli. prout cogitat de omnibus volatilib' generaliter. ⁊ hoc q expressio non multiplicabitur. erit alia expressio representans conceptionem angeli prout per eandem speciem convertit se ad cogitandum de hac specie volatilia specialiter. ⁊ hec expressio multiplicabitur secundum multiplicationem specierum sub tali genere. videlicet sub genere volatili propter quod tales expressiones non ibunt in infinitum. quia nec ipse species volatilium in infinitum vadunt. sic ⁊ alia expressio representans hoc volatile particulare singulariter. ⁊ tales expressiones qui velit sustinere non ibunt in infinitum. quia diceremus q hi' expressiones non multiplicantur secundum numerum particularium sed secundum numerum specierum. Si enim volum' fugere processum in infinitum. dicemus q differt expressio per quam representatur hec particularis aquila ab expressione per quam representatur hec particularis vultur. cum ergo angelus vult representare diversa particularia diversarum specierum. format aliam ⁊ aliam expressionem sed particularia eiusdem speciei representant per eandem expressionem coniunctam expressioni aliorum ⁊ aliorum accidentium ut per unam ⁊ eandem expressionem coniunctam expressioni accidentium sortis representabit hunc particularem hominem qui est sortes secundum illam ⁊ eandem expressionem coniunctam expressioni accidentium platonis representabit hunc particularem hominem qui est plato. q si secundum hunc modum volumus salvare loquentes angelos. dicemus q angeli non sunt tante virtutis in representando quante sunt in intelligendo. quia in intelligendo intelligunt absque compositione ⁊ divisione. sed in representando suos conceptus aliis secundum hunc modum est ibi aliquis compositionis modus. patet ergo quid dicendum sit de processu in infinitum prout angelus loquitur secundum expressiones intellectionum. sed prout angelus loquitur applicando virtutem suam absque transmutatione materie certum est q illa signa vadunt in infinitum. nam cum figure vadant in infinitum quia ipse potest secundum qualibet figuram applicare virtutem suam ad partem celi empyrei vel alterius corporis. ut quia potest applicare virtutem suam ad partem huius corporis triangularem vel quadrangularem vel secundum figuras alias que vadunt in infinitum oportet talia signa in infinitum ire. sic etiam cum loquitur transmutando exteriorem materiam formando in aere exteriori vel faciendo apparere in organo fantastico sive in imaginatione similitudines vocum. oportet q ⁊ talia signa in infinitum vadant. quia infinitis modis potest variari vox in aere formata ⁊ infinitis modis per consequens possunt variari similitudines vocum. ¶ Ostenso autem quid dicendum sit de infinitate signorum. Restat ultimo declarare quomodo circa huiusmodi locutiones possit mendacium accidere. dicemus ergo prout angelus loquitur pure naturaliter secundum q cor eius est patens ipsi deo non potest ibi accidere mendacium quia deus non decipitur nec potest decipi in videndo cor ipsius angeli. sed in omnibus aliis locutionibus quantum est de se potest ibi contingere mendacium. si autem ibi mendacium accidere non potest hoc non est secundum se nec ratione sue

nature. sed ratione gratie in qua est angelus cōfirat⁹. nam sufficit ꝙ formatio signorum sit ad placitum ad hoc q̄ ibi mendacium accidat. nam licet cōceptiōes intellectus naturaliter representent sua signata ⁊ sint eedē apud oēs ~~actū~~ ex quo possum⁹ in mēte nr̄a formare ꝯceptiones quas uolumus possumus ſm tales conceptiones mentiri: ut si formamus conceptiones non consonātes rebus ut insipiens in corde suo mentitus fuit. nam in corde suo non est deus. sic ⁊ in proposito licet conceptiones in mentibus angelorum determinate representent sua signata ⁊ expressiones talium conceptionum determinate representent ipas conceptiones. cū unus angelus loquit̄ alteri nō mentitur quin talia cōcipiat qualia exprimit nec in hoc attendit mendatium. sed ibi potest esse mendacium q̄r ille expressiones ⁊ conceptiones nō sunt rebus cōsone ut potest cōcipere se uelle ⁊ exprimere se uelle q̄d nō uult q̄d patet per simile in nobis. nunq̄ enim possumus mētiri quin talia ꝓferamus qualia imaginamur. possum⁹ eniꝫ nō referre ꝙ imaginamur. Sed si ꝓferimus uoces exterius. opꝫ ꝙ ~~ꝓlatio~~ sit silis imaginatiōi q̄r nō potest esse exteri⁹ uox ꝓlata nisi ꝑus silitudo ei⁹ sit in imaginatiōe ꝯcepta. hoc tn̄ non obstante imaginādo ⁊ loquēdo mētiri posset. q̄r possumus imaginari ⁊ loqui que nō sunt reb⁹ cōsona. dicimus ergo certū esse ꝙ angeli ~~celici~~ nature sue nō ꝑut sunt confirmati per gratiaꝫ possunt alios decipere. possunt enim se dicere uelle que nō uolūt ⁊ possūt ꝓnūciare esse que nō sūt q̄d faciēdo mētiuntur. unde ⁊ demones ut damascenus dicit in multis mētiuntur. utrū aūt possint decipi ⁊ utrum possint mētiri nō solum ut demon loquitur alteri sed etiam ut loquit̄ sibi dici potest non esse inconueniens ꝙ demon decipiat̄ ⁊ ꝙ mentiat̄ ut loquit̄ sibi. nam q̄r nō habet uolūtatē ordinatā transgredit̄ limites nature sue ⁊ uult de aliquibus iudicare ⁊ putat ꝙ sic eueniet ꝙ putando potest decipi ⁊ mentiri.

Ad primum dicendum ꝙ ut patuit in questione precedenti nō est incōueniens ꝙ angelus non possit loqui uno angelo quin loquat̄ aliis angelis. imo ut dicebat̄ hoc est ex perfectione angelorū ꝙ locutiones quas un⁹ recipit alius participat. uel si un⁹ ꝑcipit locutionē quā ali⁹ nō percipit hoc est ex perfectione eius. ut si loquēs sit ita de superiori ordine ⁊ loquatur per talia signa uel per tā pauca ꝙ inferior nō possit per illa signa comprehendere ueritatē. ¶ Ad scd̄ꝫ dicendū: ꝙ locutio que est pure natura non est in potestate angeli. nam non posset angelus si uellet cor suū celare deo. alie autem locutiones prout sunt ad placitū sunt in potestate angeli. sed prout non sunt ad placitum non sunt in potestate. ut in potestate angeli est formare uerba intelligibilia. uel non formare uerba intelligibilia ~~uel non formare~~ expressiones illorum uerborum. ~~uel non formare~~ se postq̄ formata sunt uerba uel expressiones. oportet ꝙ determinata uerba representēt determinata signata ⁊ determinate expressiōes determinatas conceptiones. ¶ Ad tertiū dicendū: ꝙ exprimere intentioneꝫ est ex ipso intellectu ⁊ est ex ipsa uoluntate q̄r ipsa uoluntas mouet alias potentias ad actiones suas. ut ergo est ex ipso intellectu sic est quid naturale q̄r ea que sunt ex intellectu naturaliter representāt sua signata. sed ut est ex ipsa uoluntate sic est uoluntaria. ideo ut diximus formatio taliū expressionum est uolūtaria sed rep̄sentatio est naturalis. ¶ Ad quartum dicendum: ꝙ bene arguit argumētū prout locutio per quā loquit̄ angelus formando uerba ⁊ prout loquit̄ ad hunc finē ad manifestandū ſm indicia sue uoluntatis ꝙ talis locutio est magis uoluntaria q̄ naturalis. q̄r in potestate angeli est loqui sic uel non loqui. nō tamen arguit argumentum ꝙ nullo modo sit talis locutio naturalis. nam ut diximus formatio talium uerborū est uoluntaria. sed representatio est naturalis. ¶ Ad quintū dicendū: ꝙ natura est determinata ad unū. sicut ⁊ una expressio unū aliq̄d principaliter representat. sed ꝙ uadāt tales representationes in infinitum hoc est quia ⁊ ipse expressiones in infinitum uadunt. nam uidemus nos in istis sensibilibus ꝙ unum particulare reponit̄ per unam formam in specie. attamen si in infinituꝫ multiplicaretur particularia oporteret in infinitum multiplicari formas. ¶ Ad sextum dicenduꝫ: ꝙ uoluntas est causa taliū uerborū q̄tū ad formationem q̄r in uoluntate nr̄a est formare hoc uerbum uel illud. uoluntas tn̄ non est causa q̄tū ad eorum representationem. non enim q̄dlibet uerbum loquēdo de uerbo mentali ⁊ de conceptione intellect⁹ potest q̄dlibet representare. ¶ Ad septimū dicendū: ꝙ patuit in solutione principali quomodo talia signa sunt naturalia quomodo non. ⁊ quomodo circa ea possunt accidere mēdacia ⁊ quomodo non. ¶ Ad octauum dicenduꝫ: ꝙ si signa illa essent ita naturalia ꝙ nullo modo essent uoluntaria non eēt ſm ea locutio que nō eēt in potestate angeli. posset tn̄ eē ſm ea locutio que non esset in potestate eius ſm quē modū loquitur cor angeli deo quē latere non potest. attamē ut diximus signa per que loquitur āgelus nō sunt omnino naturalia q̄r q̄tum ad eorū formationē semper sunt uoluntaria. ¶ Ad nonum dicendum: ꝙ si mundus fuisset ab eterno fuissent particularia infinita ⁊ angelus potuisset de eis formare infinitas expressiones. sed ꝓpter hoc nō arguit̄ ꝙ tales expressiones ⁊ talia signa non sint aliquo modo naturalia: ut patuit in solutione quinti argumenti. ¶ Ad decimum dicēdum: ꝙ nō obstante ꝙ talia signa sunt aliquo modo naturalia angelus potest se occultare ⁊ angelo ⁊ demoni. naꝫ ut patuit angelus potest loqui formando intellectiones ⁊ uerba intelligibilia absq; eo ꝙ formet eorum expressiones ⁊ cū sic se habet sūt cogitationes eius occulte tam angelis aliis q̄ demonibus. ¶ Ad argumenta etiam in cōtrarium est respōdendum ⁊ primo ad primuꝫ. nā cum dicitur ꝙ cuꝫ cōclusio assimilatur minori dici debet ꝙ multomagis assimilari debet maiori. ut si maior est de contingenti ⁊ cōclusio erit de contingēti. ut si omne aial est cōtingenter albuꝫ ⁊ omnis homo de necessitate est aial sequitur ꝙ omnis homo sit de necessitate albus. sed q̄r contingenter. ab utroq; enim trahit aliquid conclusio a maiori ⁊ a minori. sic ⁊ si uolumus hoc adaptare ad propositum ⁊ dicere ꝙ in locutione uoluntas se habet q̄si maior que est principalior causa ⁊ intellectus quasi minor. dicemus ꝙ ab utroq; habebit aliquid ipsa locutio. naꝫ a uoluntate habebit ꝙ sit uoluntaria q̄tum ad uerborum formationeꝫ ab intellectu q̄d habebit ꝙ sit naturalis q̄tum ad uerborum representationem. ¶ Ad scd̄m dicendum: ꝙ per indeterminata ſm ꝙ hi⁹ non est locutio. signa ergo per que loquitur angelus si sunt uoluntaria q̄tum ad formationē q̄r formata sunt actu iā sūt determinata. ꝙ si illa signa sunt nālia q̄tum ad representationem nō est dubiū ꝙ oꝫ q̄r ſm ꝙ talia iam indeterminata. sed si hi⁹ signa sunt ⁊ uoluntaria non solum q̄tum ad formationē. sed q̄tuꝫ ad representationē. sicut pꝫ

cū loquitur per virtutis applicationē3.uel per materie transmutationē.tūc illa sunt determinata ⁊ representant aliquid determinate non ordine nature sed institutione uoluntatis. ¶ Ad tertium dicendum: ꝙ loqui naturale ⁊ in generali uel ſm aptitudinē3.naturale est enim homini ꝙ loquatur ⁊ ꝙ sit aptꝰ natꝰ ad loquendum.sed non est ei naturale in speciali ut non est ei naturale ꝙ sic loquatur.nec est ei naturale ſm actū ⁊ perfectionē ut circa principium solutionis diximus.hoc etiā modo loqui est angelo naturale ⁊ etiam est hoc angelo magis naturale si bene considerātur iam dicta. ¶ Ad quintum dicendū: ꝙ nāle est angelo ꝙ intelligat.tamen ꝙ intelligat hoc uel illud.hoc competit ei ſm placitū ⁊ ſm ordinē uolūtatis.sic etiā naturale est ei ꝙ loquat̃ attñ ꝙ loquēdo formet hec ṽba uel illa cōpetit ei ſm libitū ⁊ ſ3 ordinē uoluntatis.uel loqui ⁊ intelligere cōpetit ei ſm aptitudinem.tamē ꝙ ſm actum ⁊ perfectionē3 intelligat hoc uel illud ꝙ loquatur de hoc uel de illo cōpetit ei ſm ordinē uolūtatis.solū enim seipsum angelus naturaliter intelligit.Q̄ð aūt intelligat alia ⁊ ꝙ loquatur competit ei ſm ordinē uoluntatis.alia autē3 duo argumenta ꝙ angeli utroqꝫ modo loquantur naturaliter ad placitum ⁊ ꝙ sicut virtutes sunt a natura ⁊ a uoluntate sic locutiones angeloru3 possunt esse quodammodo a natura ⁊ quodāmodo a uoluntate gratia conclusionis concedimus.

Quartodecimo

querit̃.utrū angeli superiores illuminent inferiores.⁊ videtur ꝙ nō.qꝛ uel illuminarēt eos de rebꝰ inferioribꝰ ut de sensibilibꝰ uel de superioribus ut de intelligibilibꝰ ⁊ sensibilibus.nō qꝛ cū illa sint iferiora ⁊ sint omno subiecta cognitioni angelice q̃tum ad illa non indigent illuminari.nec de intelligibilibus qꝛ cū illa de se sint quedam lux q̃tum ad illa illuminari non indigent. ¶ P̄. scribitur in libro de causis ꝙ intelligentie intelligūt ſm modū substātie sue.ergo sicut loquimur de eorū esse ⁊ substantia,sic loquimur de eoru3 intelligere ⁊ operatione. Sed vnus angelus non indiget alio ratione sui esse nec ratione sue substātie.ergo non indigebit vnꝰ alio propter suum intelligere nec ꝑpter suam operationem ⁊ per consequens vnus non illuminat alium. ¶ P̄.si vnus angelus alium illuminaret.uel hoc eēt qꝛ vnus causaret lumen in alio uel qꝛ confortaret lumen alterius.non autem hoc esse potest ꝙ vnꝰ causaret lumen in alio qꝛ tunc angeli essent creatores.nam lumen illud qð vnus causaret in alio non posset educi de potentia materie.esset ergo productum ex nihilo ⁊ per consequens esset productum via creationis ⁊ angelus posset creare.nec etiam hoc fieri potest ꝙ vnus confortet lumen alterius qꝛ tunc lumen alterius debilitaret ⁊ per consequens caderet sub tempore qð est incōueniens. ¶ P̄.angelus ſm se est quoddam lumen qꝛ ipse intellectus agens de se est qðdam lumen.ergo multomagis angelus.sed si est qðdā lumen non indiget illuminari.ergo ⁊c̄. ¶ P̄.si vnus angelus illuminaret alium uel hoc esset qꝛ inferior illuminaret superiorē3.uel econuerso.nō qꝛ inferior superiorem qꝛ hoc nullus ponit.nec qꝛ inferior superiorem qꝛ maius lumen non illuminat minus sed obfuscat. ¶ P̄.eēntia diuina semp est presens angelis.nō ergo indigēt āgeli alia cōfirmatione luminis nec alia illuminatiōe. ¶ P̄.illuminari est qðdam pati ⁊ quedam receptio luminis.sed vnus angelus non recipit lumen ab alio.qꝛ uel reciperet lumē qð habet uel qð non habet.non qð habet.qꝛ ut probatur in libro de anima semper recipiens debet esse denudatum a natura recepti.nec qð habet.qꝛ tunc vnus angelus causaret lumē in alio.⁊ per consequens crearet. ¶ P̄.si vnus angelus illuminaret alium uel hoc esset lumine proprio uel alieno.non alieno qꝛ non habet auctoritatem super alieno lumine.nec proprio:qꝛ tūc perderet lumen suū. ¶ P̄.illud lumen per qð angelus vnꝰ illuminat alium uel est substantia uel accidens.nō substantia qꝛ si vnus angelus cōmunicaret alteri substantiam suam deficeret eius sb̃a ⁊ desineret ille angelus esse.nec est hꝰ lumen accidēs.qꝛ si posset vnus angelus cōmunicare suū accidēs alij sequeret̃ ꝙ accidens se extenderet extra sb̃am.est eni3 idem illuminare alium ꝙ cōmunicare ei lumē suū.sed vnus angelus nec sua3 sb̃am nec suū accn̄s pōt alteri cōmunicare.ḡ ⁊c̄. ¶ P̄.si angelus posset lumen alterius ꝯfortare posset in eo causare lumen.⁊ per consequēs posset creare.nam qui potest facere de calido magis calidu3 potest creare calorem.ergo qui potest confortare lumē ⁊ potest facere de minus illuminato magis illuminatum potest causare lumē. ¶ P̄.si vnus angelus illuminat aliū uel hoc est qꝛ causat in eo spēm uel qꝛ causat lumen uel qꝛ cōfortat lumē.nō qꝛ per spēm creat aliud lumē qꝛ tunc angelus esset creator.ergo solum hoc est qꝛ ꝯfortat lumē alteriꝰ.s3 ꝯfortatio luminis nō est facere nouū lumē:s3 est facē ꝑfectiꝰ lumē.ſm hoc ergo vnꝰ angelus nō faceret aliq̄d de nouo itelligere aliū angelū sed solū faceret ipsu3 perfectius intelligere. ¶ P̄.illuminatio est quidā motus qꝛ est quedā reductio.sed motꝰ nisi sit violētus nō est sine aliqua impressione.ergo si vnꝰ angelus illuminat aliū aliq̄d imprimit vnꝰ angelus in alio.sed illud qð iprimit nō potest ei de potētia materie educi.ergo est per creationē ꝑductū ⁊ ita angeli eēnt creatores qð est incōueniēs. ¶ Incōtrariū est qꝛ sic se h3 in hierarchia inferiori ut in ecclesiastica ꝙ vnus hō illuminat alium ⁊ hoc est ꝑfectionis in tali hierarchia.ergo multomagis erit in supiori hierarchia ut in angelica ꝙ vnꝰ illuminabit aliū. ¶ P̄.dionysiꝰ in pluribꝰ locis de angelica hierarchia vult ꝙ angeli superiores purgāt illuminant ⁊ perficiunt angelos inferiores.ergo ⁊c̄.

